Inc. c. a.
1063a

35 **BAPTISTA MANTUANUS. De patientia. Basel, Johann Bergmann de Olpe, 1499.**

4to. Rom. and Goth. letter, w. quotations in Greek. 30 lines, 118 unn. ll. with sign., 2 blanks at end (the latter pasted inside end-cover). W. numer. nice woodcuts. Wooden boards, back and a third of sides covered with blind-stamp. pigskin, one clasp.

Gesamtkatalog 3307. Hain-Cop. 2407. Proctor 7783. Pellechet 1813. Brit. Mus. Cat. III, 797. This is the last dated book from the press of Johann Bergmann.

EARLY AMERICANUM. Containing a passage of outstanding interest, dealing with the widening question of World-Evangelization, in which reference is made to great territorial discoveries in distant oceans in terms, which can only be interpreted as referring to America.

The book is a kind of manual of meditation, apparently intended for the use of the Carmelite friars, and deals with philosophical, religious, medical and other subjects of general interest, of which we quote some headings: De morbi cognitione. — De duplici morbo hominis. — De morborum spiritualium origine. — De vi libertate. — In quo consistit foelicitas in hac vita. — Sex causae flagellorum nostrorum. — Quae sint mortis causae. — Causa brevis vitae. — De vi & natura miraculorum. — An mors corporis sit naturalis. — De loco damnatorum: qui dicitur infernus. — De iudicio. — Etc., etc.

First and last leaves wormed, marginal notes throughout in two different contemp. hand, but a very good and perfect copy of this highly interesting early Americanum of which **only 3 cop. are in U. S. A. (acc. to Census).**



John Carter Brown
Library
Brown University

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

Baptiſte Mantuani Carmelite: de patientia aurei libri tres.

.1499.
Nihil ſine cauſa:
Olpe.

DUPLUM VENDITUM
e bibliotheca
MUSEI NAT. HUNG.

Multe virtutis & induſtrie viro dño wymmaro de Ercklens Aquenſis eccleſię Decano: maiori p̄ceptoriq; ſibi longe obſeruando: Iohãnes Bergman de Olpe Archidiaconus Grandiſuallis: cum obſequio: salutem & fœlicitatem.

PLurima ſunt ornatiſſime vir: q̄ me nō mō hortāt̄ ſed & impellūt ad hūanitatē tuā vehemēt amādū. p̄ſertim tuus ille indefeſſus/in me tibi deuotū charitatis tenor. vnde fit: vt ſedulo cogitem de honoris & famę tuę illuſtratiōe. Cū aūt integritati tuę nup̱ Sebaſtiani Brant/viri (vt mea fert opinio) cū boni/tum tui obſeruantiſſimi carmina/ſiue (vt ipſe dicere ſolet) fragmenta p̱ me litterario ſcomate comportata: & inuito dño ſuo exarata dedicaſſem: Idq; muneris tuę amplitudini gratū fuiſſe cognoſcerē. dedi operā: vt q̄ primū aliud quicpiā/ęque humanitati tuę complacitum/ xeniorū loco/ tibi patrono & dño offerrem: Factū quoq; eſt: vt cū diuinū opus Baptiſtę mātuāi: q̄d vir ille doctiſſimus proſa oratione de pacientia inſcripſerat: quatenꝰ ad āplectendā & colēdā ip̄am patientiā oīm virtutū reginā q̄ plurimos aīare poſſē: multiplicatōe libellorū labore meo & ip̄ēſis imprimere cogitaui Ratꝰ hoc pacto/ & bōitati tuę & tp̄i ſatiſfeciſſe. Nō q̄ ad paciētiā hortari tuā māſuetudinē opus eſſe iudicē. q̄ppe q̄ ſuapte natura es paciētiſſimus: verum vt alios tuo exēplo ad paciētiā ꝓuocarē. q̄ nō niſi i aduerſis ꝓbat̄. vt ē apud Lucanū: Gaudet paciētia durꝭ. Video etenī pleroſq; tanta īniti impaciētia. cum malos & iiuſtos potentes/bonos' diuites fieri & extolli cōſpexerīt Ecōtra

vero pios & bonos/inopia & miſeriis deprimi anim=
aduerterint: quaſi ignorent eam a ſuperis impoſitam
eſſe mortalibus viuendi cōditionē: vt neceſſe ſit iuſtū
hominē ſubiectū eſſe iniuſto: & cōtumeliis affici ab in-
ſipiēte ſapientē: vt & ille peccet qa iniuſtus: & hic in ſe
virtutē oñdat qa iuſtus ē. vnde nemini debet mirū vi=
deri ſi boni & induſtrii nonnunq̄ caſtigant̄ & p̄mūtur.
tēptat enī eos dñs: Quin potius eos admiremur q̄ iter
fatigatos carnifices: inuictā tenuere patientiā. Cōſtat
enī q̄ qui in pſperis agit impatiens ē. & virtute maxia
oino caret. quia nihil patit̄ aduerſi. vnde alius ait. Vir
tus nā vidua eſt quā nō patiētia firmat. Oibus vna co=
mes virtutibus aſſociatur. Auxiliūq3 ſuū fortis paciētia
miſcet. Eſt enī patientia/malorū quæ aut inferunt̄ aut
accidūt cū ęquanimitate platio Quāquidē virtutē ſola
iſta cōſtans animi milicia: venerabiliū doctrinę ſacroꝝ
antiſtes phīa p̄ſtare poterit. Qualis (vt interea alios ta
ceā (Socrates perpeſiciū ſemē vt Seneca ait p oīa aſpa
iactatus: inuictus tñ in oibus tribulatōibꝰ ſuſtinēdis fu
iſſe legit̄. Qualē virū flaccus in lyricis deſcripſiſſe videt̄
cū ait. Iuſtū & tenacē ppoſiti virū. nō ciuiū ardor pra
ua iubentiū. Nō vultus inſtantis tyrāni. mente quatit
ſolida. Sed nos hac tua fœlici patiētia. plus etiā q̄ ſat ē
hactenus abutimur. Tu cetera q̄ ad patientię cōmēda
tōnē ſpectare poſſint haud grauatim ex baptiſtę nr̄i le
ctione intelliges. Vale & precū noſtrarū memor eſſe
digneris. plurimū ſe dignatōi tue cōmēdat Sebaſtianꝰ
Brant noſter. imo tuus ſi pateris. iterum Vale. Ex Ba=
ſilea. xvi. kl'. ſeptembres. Anno. Mccccxxxxix.

Liber Monaſterij Veteriſcelle: ad publicu

Reuerēdi frīs Baptiſtæ Mātuani Carmelitę Theologi
ad Carolū Antoniū Fātuciū patriciū Bononiēſem.
Iſagoges ad patientiam liber primus: & Cap. primū
De morbi cognitione. Cap. ii.
De duplici morbo hominis. Cap. iii.
De differētiis quibuſdā hūanorū defectuū. Cap. iiii:
Quid ſit morbus corporis & animæ. Cap. v
Cur tanta diligētia in curādis corporū morbis. cap. vi
De morborū ſpiritualiū origine. cap. vii.
De animi perturbationibus. cap. viii.
Vnde ſecuta ſit rebellio appetitus. cap. ix.
De variis hoīm diſpoſitionibus ad peccandū. cap. x
Vnde tanta in hoībus diuerſitas. cap. xi.
De vi appetitus: cap. xii.
Quomodo appetitus ligetur. cap. xiii.
Quid valeat habitus? cap. xiiii.
Quod paucorū eſt appetitū ſuperare. cap. xv.
Quod motui cęlorū aſſimilat̃ motus appetitꝰ. ca. xvi.
Quod duplici hoīs naturę duo ſpūs ꝑfecti ſūt. ca. xvii
Quod miſeri ſunt qui peccant. cap. xviii.
De tribus ſtulticiæ gradibus. cap. xix.
Quod terrena voluptas breui dilabitur: argumentum
ab Imperatorū exemplis. cap. xx
Teſtimonia ex ſacra ſcriptura idē probātia. cap. xxi
De hominis excellentia. cap. xxii.
Quæ ſit ſūma hominis miſeria. cap. xxiii.
De delectatione: & an ſit peccatū. cap. xxiiii
Redargutio quorundam theologorum de delectatione loquentium. cap. xxv.

repoſitus armarium. Anno ſalutis noſtre 1700

Quid ſit virtus: & vitium: & in quo ſita ſint ca.xxvi
De quibus deinceps agendũ: & quantum valeat ex arte certare cap.xxvii.
Quę ſũt arma ſpũalia hoĩ cũ diabolo pugnãto.xxviii
Quo fine ſanitas quærenda eſt cap.xxix
Quomodo quærenda eſt ſanitas cap.xxx
De patientia cap.xxxi
De gradibus patientiæ ca.xxxii.

REVERENDI Fratris Baptiſtę Mantuani Carmelitæ Iſagoges ad patientiã. Liber ſecundus

Q patientia via eſt ſanctorũ ad cœlũ. cap.i.
Ratõnes philoſophorum cur corpus humanum factũ ſit fragile cap ii:
De quattuor corporis humoribus cap.iii
Quõ cõplexiones diſtribuantur a deo cap.iiii
De animæ libertate cap.v
An diſtributio cõplexionũ pcedat a fortuna vl' a caſu: & q Ariſtoteles fortunã male deſcripſit cap.vi
In quo conſiſtit fœlicitas in hac vita cõtra peripateticos & Stoicos cap.vii.
De ſyntereſi: ratione: & conſcientia cap.viii
Quod ſine dei cuſtodia fruſtra laborat humana prudẽtia. cap.ix
Cur bonis mala eueniant phõrum opinio cap.x.
Sex cauſæ flagellorũ noſtrorum cap.xi
Secunda cauſa flagellorum cap.xii
Tertia cauſa flagellorum cap.xiii
Quarta cauſa flagellorum cap.xiiii.

Quinta cauſa flagellorum cap.xv
Sexta cauſa flagellorum cap.xvi
Quod virtus quæ bonũ virũ facit: incrementũ accipit ab aduerſis cap.xvii
Quod ꝓſperitas ſit inimica virtuti: cũ declaratiõe dextræ & ſiniſtræ partis in cœlo ꝑ Ariſtotele contra pythagoram cap.xviii
Quod aduerſitas tollat mortis metum cap.xix
Quod aduerſitas faciat ſeipſum cognoſcere cap.xx
Quod aduerſitas fert auxiliũ virtuti ca.xxi
De vitãda nemeſi: & qd ſit: ſcd'm Ariſtotelẽ. ca.xxii
De generibus filiationis: cũ declaratione dicti euangelici: dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri cap.xxiii
Quod donorũ dei cõſideratio iuuat patientiã: cũ cõmendatione familiæ bentiuolorum ca.xxiiii
Quod alienaruꝫ calamitatũ animaduerſio ad patientiam plurimũ faciat cap.xxv
Amicorũ obſequia: & religioſorũ oratões & conſilia patientiæ ſunt adminicula ca.xxvi
De Carmelitarũ antiquiſſima origine ca.xxvii
Teſtimonium ex Plinio: ꝙ natura humana ſit ærumnoſa cap.xxviii
Ratio multiplicandorũ morborũ ac vitiorũ ca.xxix
De morbis humani corporis cap.xxx
De qbuſdã aliis hũani generis infortuniis ca.xxxi
Quod homo naturaliter ærumnoſus ſit: teſtimonium ex Plinio cap.xxxii
Quod non eſt reprehenſibilis autor: ex multa autorum & maxime gentilium citatione: & cur homo nudus naſcatur cap.xxxiii

Cur deus ſlocipẽdat corpus:rões naturales .ca.xxxiiii
Tota natura non conſiſtit in anima. cap.xxxv.
Quæ ſint mortis cauſæ:contra philoſophos & mathe=
maticos. cap.xxxvi.
Cauſa breuis vitæ & mortis. Et de annis antiquorum
patrum. cap.xxxvii
De annis hoĩm ante diluuiũ:cõtra Pliniũ ca.xxxviii.
Vitam humanã non eſſe breuiatam cap.xxxix.
Aegritudo præſeruat a multis flagitiis cap.xl
Ex aduerſitatibus naſcit̃ iucũditas ſpũalis xli
Debuit eſſe naturarum varietas ad oſtendendam dei
dei ſapientiam. cap.xlii
Mundus eſt quoddam ſpectaculum nobis a deo exhi/
bitum quo inuitamur ad patienter ferendas omnes
aduerſitates. ca.xliii.
Cõparatione rerũ naturaliũ ꝓbat meliorẽ eẽ vitã ſanctã
cũ aduerſis:q̃ vitã fœlicẽ cũ viciis. cap.xliiii
Tolerãtia aduerſitatũ facit breuiorẽ trãſitũ ad ꝑadiſũ
cap.xlv.

REVERENDI Fratris Baptiſtæ Mantuani Carme
litæ Theologi Iſagoges ad patiẽtiã Liber tertius.

Quattuor virtutes plurimũ valere ad tolerãtiã. cap.i.
De fidei fundamento & natura. cap.ii.
Quod fides ꝑ aureũ Virgilii ramũ figuratur: & quędã
de natura prophetiæ enarrata. cap.iii.
Fides eſt principiũ ineundæ cũ deo amiciciæ cap.iiii.
De fidei progenie:ſpe:& caritate. cap.v.
Quod potius dicenda eſt ſpes in caritatem tranſire :q̃
in rem. cap.vi.

De noĩbus eorũ qui ad fidem deficiunt. cap.vii.
De cauſis fidei. cap.viii.
De vi & natura miraculorum ca.ix.
De errore Auicennæ & aliorum qui dicunt omnia miracula fieri naturaliter cap.x.
An ſit vbiq; Chriſti lex promulgata ca.xi.
Religionẽ xp̃ianã non eſſe a ſtellis: vt errãt aſtrologi: ſed eſſe breuiſſimam ad cælum viam a deo inuentã & traditam ca.xii
De Georgio Nouarieſi Bononiæ cõbuſto: cũ quibuſdã diſputationibus de fide xp̃iana cap.xiii
De ſpe & caritate cap.xiiii.
De longanimitate ca.xv.
Anacephaleoſis dictoꝶ: & ꝙ nõ recte dicit̃ a theolog; voluntas añs & conſequens in deo cap.xvi
Quod & quare deus odio habeat ocioſos ca.xvii
De q̃ttuor nouiſſimis: & primo de morte: cũ declaratione dicti Empedoclis de lite & amicicia ca.xviii
An mors corporis ſit naturalis cap.xix
Opiniones variæ de morte cap.xx
De multiplici genere mortis corporalis: & non eſſe tp̃s merendi poſt mortem cap.xxi
De multiplici genere mortis ſpiritu alis: cũ excuſatiõe Platonis cap.xxii.
De loco damnatorũ: qui dicitur infernus cap.xxiii
Opinio antiquorũ gentiliũ de inferno cap.xxiiii
Ratione naturali ꝑſuadetur omnem immũditiam eſſe apud inferos cap.xxv.
De beatitudine cæleſtis ꝑadiſi: & primo q̃ntũ attinet ad partem intellectiuam cap.xxvi.

De beatitudine partis ſenſitiuæ cap.xxvii
Quod naturaliter Virtus eſt honoranda: ꝓbatur ex cõ ſuetudinibus antiquorum cap.xxviii
De iudicio: & ꝗ aſtronomi & doctores etiã catholici q tp̃s iudicii p̃dixerũt manifeſte deluſi ſũt. ca.xxix
Futurum eſſe diem iudicii ca.xxx
De Helia patre carmelitarum ante diem iudicii præ= mittendo cap.xxxi
De ſacra ſcriptura: & primũ cur ſit adeo ſuadibilis.32.
Contra philoſophos dicentes credere nos ſcripturæ ſa cræ propter conſuetudinem ca.xxxiii
De multiplici ſenſu ſacræ ſcripturæ cap.xxxiiii
Quod & cur ſcriptura ſacra arcæ cõparat̃ cap.xxxv
De ſanctorum imiutatione cap.xxxvi
De aſſidua dei depræcatione cap.xxxvii

FINIS.

VENERANDVS Frater Baptiſta Mantuanus Carmelita Franciſco Fantucio. S.P.D.

CArolus Antonius vir clariſſimus pater tuꝰ ꝗ eẽt bonarum artium ſtudioſus hominum litterato= rum congreſſibus vtebatur aſſidue: & ex familiaribus eorum colloquiis ſe inuenire dicebat vnicum podagræ ſuæ remedium. Ibam ego eo tempore freqũeter ad eũ & quia erat in monaſterium noſtrum bene aĩatus & ꝗ me (vt ſcis) præcipuo diligebat affectu. Ipſe autem vt erat ingenio claro ac vegeto: lingua diſerta ac eloquẽti

mox vt cõſideramus: aliquẽ ex ſcriptura ſacra (cui9 lectionẽ mirifice oblectabaṫ) locũ afferebat: quo diutius (ſic.n. aiebat) mutuo ſermõe frueretᷣ: & ęgritudinis ſuę tortura minus angereṫ: Ego domũ reuerſus ſi q̄d apti us dixiſſe meminerã: arrepto calamo confeſtĩ annotabã memor dicti euãgelici: colligite fragmẽta ne ꝑeant: cupidus etiã vt ſicut ipſi ea q̄ dixeramus adiumẽti nõ nihil attulerãt: ita ſi in ſcriptis redigerenṫ ac legi poſſẽt etiã aliis ægrotantibus eſſent aliq̃n ſubſidio. huiuſmodi ergo ratiocinationes a me recognitas & vt edanṫ in librum tribus diuiſum voluminibus modo redactas tibi reſtituo: reſtituo inq̄: quod.n.erat patri donatũ: debeṫ & filio: & eĩ maxĩe filio: qui nõ diuitiarũ tantum (vt maior pars hoĩm) ſed qui etiã ſicut tu: paternarum virtutum hæredem ſe conſtituat: vt videatur a parentibus in eum nedum ſecundum carnem: verum etiam ſecundũ ſpiritum deducta cognatio: Accipe igitur libellum hũc: & eũ ſucciſiuis temporibus aliq̃n relegito: vt vitæ huius moleſtias æquanimius feras: & accendaris alterius vitæ maiore deſiderio: quo & ad euitandum mortis metũ: & ad huius mortalitatis incõmoda perferenda nullũ eſt præſentius maiuſue remedium Viue igitur per quandiutiſſime: & ſic viue: vt ſemꝑ videare patris vitã & mores æmulari: cui ad politicã fœlicitatẽ peripateticorũ: id ſolum deerat: quod & Metello legimus defuiſſe: ꝓſperã ſcilicet corporis valitudinẽ: Sed hæc certe minus eſt deplorãda iactura: ea potiſſimũ ratione: ꝙ quãtum adimit politicæ: tantũ addit verę fœlicitati: ad quam nobis aditũ patefaciat gratia domini noſtri ieſu chriſti. Vale.

Venerandi fratris Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad Carolũ Antoniũ Fantuciũ patriciũ Bo=noñ. Iſagoges ad patiẽtiã: Liber primꝰ & cap. primũ.

Voniã oportunis ac frequẽtibus beneficiis huic noſtro Bononienſi cœnobio magnifice ac religioſe collatis iam pridẽ tibi nos deuinxiſti Carole Antoni vir religioſe: vereor ne ſi te longo & graui podagræ morbo laborantem cõſolatus non fuero: de grauiſſimo ingratitudinis vitio poſſim accuſari. Nã ſi iuxta doctoris & ſaluatoris no/ſtri chriſti ſalutare cõſilium tenemur iis etiam qui nos oderunt benefacere: quantum quæſo iis debemus: qui nos non ſolum amant: verum etiam quottidianis ele=moſinis alere: & continuo patrocinio fouere non ceſ=ſant? Chriſtus ꝗ nobis & vitæ & ſalutis eſt author ſicut in aliis omnibus ſtudioſis actionibus: ſic etiam in hoc exemplar eſt optimum. Ipſe naq; : q̃diu nobiſcum in hoc luctuoſo peregrinatiõis exilio ſub ſeruili ſpecie verſatus eſt: eos a quibus plurimũ amabatur: non dilexit tantũ: verũ etiam docendo illuſtrauit: obſecrando at=traxit: increpando correxit: exhortãdo aĩauit: miraculis firmauit: bñficiis illexit: & omni deniq; officiꝰ curæ paſtoralis cuſtodiuit & fouit: & quoniã apud ægrotantes magni momenti eſſe ac plurimum valere conſolantium verba cognoſcebat: cũ ſpõte ad paſſionem & ad locũ paſſionis accederet diſcipulorũ animis ſubita tẽ=peſtate conſternãdis medicinã inſtituens Petro dixit: & tu aliquãdo cõuerſus confirma fratres tuos: Magna certe eſt accomodati ad rem ſermonis energia: & ad fir

mãdos aĩos: affectuſq; regẽdos ad ſedãdos etiã corporũ dolores ægritudinũq; moleſtias grauis elocutio plurimũ valet: ꝓpterea aplĩcæ diſciplinæ documentũ ẽ: & author eſt Iacobus aplus ad ægrotãtes debere pſbyteros vocari: & verã religionẽ in viduarũ ac pupillorꝝ viſitatõne cõſiſtere. Sed (vt ad xp̃i veſtigia reuertamur) cũ ꝓpter iudęorũ ſæuiciã relicta hieroſolyma trans iordanẽ paululũ diuertiſſet: audiſſetq; lazarũ amicũ grauiter ægrotare: vitæ ſuæ rõne poſthabita: vadamus inquit aplis & inuemus eũ. Tantã igit̃ xp̃i ieſu ſaluatoris nr̃i humanitatẽ & clæmentiã ſiquis (vt dignũ eſt) tota mentis acie contẽplet̃: tantæ beniuolẽtiæ ſuauitatẽ nõ mirabit̃ ſolũ verũetiã ad talis p̃ceptoris imitationem accenſus totũ ſe in officia charitatis effundet: mĩme tñ mirũ eſt ſi ab illo in huiuſmodi amoris vincamur officiis: nã ip̃e oĩum noſtrũ ẽ pater: nos aũt ſumus inuicem fratres: ac multo maior eſt (vt experimur aſſidue & natura ip̃a confitetur) patrũ in filios: q̃ fratrũ in fratres pietatis affectio. Quoniã igitur ip̃e p̃cepit: diſcite a me: ſi tacuero nec te languentẽ ingraueſcẽte iã ſenio cõſolari: ac leuare tẽtauero: quomõ ab illo didiciſſe videbor cuius vita ſanctitas: cuius natura benignitas: cuius doctrina charitas fuit? Aſſimilarer ꝑfecto nõ ſine magno virtutis & conſcientiæ damno ſacerdoti aut leuitæ illi: qui ab hieruſalem in hierico deſcendens/ percuſſum a latronibus hoĩem & ſemiuiuũ relictũ ſine miſericordia ſine humanitate: ſine cura p̃teriit. Malo igitur Samaritanum imitari qui lamẽtabili caſu motus/ vinũ ac oleũ plagis infudit/ & ꝓlata pecunia ſtabulario ſuo infirmũ commendauit. Tentabo itaq; pro virium mearũ porti

uncula: Vir optime te adiuuare: & artis meæ remedia quantũ deus dederit: tuis vulneribus applicare: phaleratũ aũt & ambitioſum ſermonem explodentes humillimis ac familiariſſimis colloquiis ſtatatim vtemur. ne forte ſermonis inſolentia & ſuperbo dicendi faſtu magis offenſus accipias pro conſolatione faſtidium. Sed iam vnũ conſolationis noſtræ caput afferamus: a communioribus exordientes: ſicut (Ariſtotele teſte) doctrinæ ratio poſtulare videtur.

De morbi cognirione. Caput. ii.

SAnitatis exordium morbi cognitio eſt. nam tum demum & ægrotans curari deſiderat: & medicus ſanare poteſt: cum & ille ſe infirmum & iſte genus infirmitatis intelligit. Et omnem operationẽ quã aliquis appetitus ſiue naturæ: ſiue volũtatis exercet ab aliqua cognitione præueniri neceſſe eſt. Perſpicuum hoc ĩ nobis qui quicquid volumus ante cognoueramus: In pecudibus quoq;: illæ etenim neq; pabulum neq; coitum appetunt: niſi rerum huiuſmodi aliqua vel tenui notione pulſentur: quæ vero ſine cognitione videntur opari (vt arbores) hæc a cognoſcente aliquo neceſſarium eſt in opus dirigi: ideo a peripateticis dicitur opus naturæ intelligentiæ opus eſſe. Philoſophi enim naturas rerũ cognitione priuatas volunt ab intelligẽtiis quæ voluẽdis cœlorum orbibus a deo præfectæ ſunt in opera dirigi: & aliena prudentia: ne operando peccent gubernari. Quo fit vt res inſenſibiles (quales herbæ ſunt & arbores & id genus alia) tanto minus in procreandis fœti

bus ſuis errent: quanto perſpicatioris naturæ iuuantur ingenio. Nos autem prudentiæ noſtræ quæ tenuis eſt innitentes in operatōne plerumq; decipimur. eſt igitur operi ſemper præuia cognitio: cognitione namq; volū tas: voluntate corpus excitatur: Tunc etiam cum quid agimus quod nec appetebamus neq; cognitione fueramus aſſecuti: vt cum agricolæ ignorantes theſaurum effodiūt: quod fieri dicitur a fortuna: id quoq; nō ſine præcognitione contingit: præcognitione inq̄: non fo/dientis: ſed cuiuſpiam alterius / puta dei vel angeli: a quo neſciēs foſſor mouetur & regitur: Duplex igitur vt plurimum cognitio neceſſaria eſt ad curam: & medici ſcilicet & ægroti. Propterea decē leproſis qui ſe infirmos cognoſcentes: gratia curationis ad chriſtum venerant: dictum fuiſſe legimus. Ite oſtendite vos ſacerdotibus: vt infirmantium cognitioni iungeretur cognitio medicantis.: Sicut igitur hi qui curandis corporibus p̄ ſunt: radicem morbi & cauſas infirmitatis priuſq̄ manus adhibeant: altius inueſtigant: ſic nos quoq; qui a deo curandis animabus præfecti ſumus: ſpiritualium langorum cauſas & naturas ſcire: nō vtile tantum: ſed etiam neceſſarium.

De duplici morbo hominis. Cap. iiii.

ET quemadmodum ex duplici ſubſtantia corpore ſcilicet & anima conſtat homo: ita duplex eſt hois morbus: animi videlicet & corporis: Duo quoq;

& medicorum & medicinarum genera ſũt. Vnum quo exterior: alterum quo interior homo curetur. Atqꝫ ita infirmitati noſtræ naturęqꝫ defectui prouidẽtia diuina (quia nihil odit eorũ quæ fecit) multiplex ſtuduit adhibere remedium. Plerumqꝫ fit vt animi ĩ corpus & itẽ corporis in animum redundet infirmitas: tanta eſt enĩ corporis & animæ neceſſitudo: vt ſua omnia bona ac mala: velint nolint: inuicem communicent: propterea neqꝫ ſine animo corpus: neqꝫ ſine corpore animꝰ bene valet in vita. Rei euidẽtia probationem excludit: quis enim non viderit ægrotante corpore animum ægreſcere. & animo male habente male affici corpus? & præcipue faciem. Nam cum in capite animalis omnium inſtrumenta ſint ſenſuum: omnis animi & corporis affectus in eo promulgantur: facies ira excandeſcit: metu palleſcit: verecũdia erubeſcit: triſticia obſcuratur: gaudio ſerenatur. Neqꝫ id in homine ſolum/ſed in brutis accidit. Canes rictu: ęqui auriculis: feles oculis animũ oſtendunt. hinc dicitur ab Ouidio. heu q̃ difficile eſt crimen non prodere vultu: Medici quoqꝫ inter ea quæ ad conſeruandam corporis ſanitatem pertinent animi accidentia connumerant: ꝙ viderint has duas homis partes omnia bona & mala more amicorũ habere cõmunia: cum morbo animi corpus ægrotat: animum curato: & cum membrorum & carnis vitio patitur animꝰ corpus ſanato. Itaqꝫ videndum eſt priuſq̃ ad curam veniamus e corpore ne: an ex animo naſcatur infirmitas a cauſis enim incipiendũ: vt arboris interitus non ex ramis ſed ex radice petendus eſt.

De differẽtiis q̃buſdã humanoꝝ defectuũ Ca iiii.

SPiritualiũ & corporaliũ ægritudinũ in hoc ẽ natura contraria: ꝙ vnuſquiſq; cum corpore ægrotat: & ſi nõnunq̃ morbi ſpeciẽ neſcit: ſe tamen ægrotare perpẽdit: qui vero animo languet (vt cum ſuperbię tumore inſoleſcit: aut inuidię liuore cõtabeſcit) vt plurimũ ægrotare ſe nõ videt. Itẽ corporis morbũ in alio minus dep̃hendimus: at animi viciũ in aliis magis q̃ in nobiſmetipis pſpicimus. Hinc illud Horatii: cũ tua p uideas oculis mala lippus inunctis. Cur ĩ amicorũ viciis tam cernis acutũ? & illud itẽ Perſii. Vt nemo in ſe ſe tentat deſcẽdere: nemo. Sed præcedẽti ſpectat mãtica tergo: & a Chriſto rep̃hẽditur hypocrita: q feſtucã in oculo fratris videns in oculo ſuo trabẽ nõ pcipit. Amplius hũanorũ defectuũ quidã incurabiles vt claudicatio: ſterilitas: originalis cœcitas: hi morbi pprie vicia nominãtur. Quidã vo nobis ĩ vita accidũt: morbiq; dicũtur. Et hi quoq; duplices: quidam toci⁹ corporis. vt febris ac phthiſis: quidã partis vt ſurditas ac cœcitas: eſt & quidã morbus leuis q rebus agẽdis non eſt impedimẽto: vt imbecillis & occulta febricula: quę quia minus a paciente pcipitur: a medicis neutralitaſ dicit̃. Eſt & grauis q a iurecõſultis ſonticus appellat̃: vt febris p hibens hoĩem in iuditio cõparere. Cum multis corporibus vitia cõnaſcuntur: vt cœcitas: ſterilitas: debilitas: oris prauitas: & huius generis multa: morborum ſpiritualium nullus ppetuus: nam cũ animo ſicut nulla virtus ſic nullũ naſcitur vitiũ: libet enim hic a Platone diſſentire: qui cũ ſciẽtiarũ habitibus venire animas puta=

uit in corpora. Placet magis in Ariſtotelis venire dia=
tribã: cui placet aĩas cũ viuificãdis corporibus ſociãtur
ſimiles eſſe tabulę purę in q̃ nihil eſt pictũ: nihil figura
tũ: magna igitur imo mirabilis inter recẽtia corpora di
ſparitas ẽ: & cõpoſitionũ varietas ĩenarrabilis ĩter aĩas
q̄ o mox createę ſũt: nullũ diſcrimẽ ẽ: pares oriunť: ſine
vitiis & virtutibus labunť in corpora. Nec verũ quod
pythagorici fabulanť: eas ex corpore in corpus trãſmi
grare: & hoĩm regenerationẽ fieri: quã gręci palinge=
neſiã vocãt: & corpora ſortiri p̃teritis moribus ac p̄ce=
dẽtibus meritis accõmodata. Sũt tñ a natura etiã tum
quũ ĩfundũtur aĩs nr̃is vires q̃dã potẽcieq3 (vt vis vidẽ=
di atq3 audiẽdi) q̃ ad operãdũ corporeis egeant inſtru=
mẽtis: he nimirũ ſicut & opifices ſecũdũ iſtrumẽti diſ=
poſitionẽ operanť: verũ hec in aĩo diuerſitas nõ ẽ: ſed ĩ
corpore: intellectus vero & ſi nullo corporis inſtrumen
to eget ad operãdũ: potẽtiis tñ vt phãtaſię & eſtimati
uę cõiugatus ẽ: q̃rũ ꝑatio certã corporis ꝑtẽ & certã il
lius ꝑtis diſpoſitionẽ expoſcit: intellectũ igiť in operã=
do ab ip̃a phãtaſia: phãtaſia ab inſtrumẽto ſuo corpo
reo: quod in cerebro ſitũ ẽ: dependere nõ dubiũ. At in
ſtrumẽti diſpoſitõ nõ vnũ ſemꝑ habet tẽꝑamẽtũ: ſed
cœli & aeris: ciboꝝ etiã & alioꝝ q̃ ad dietã ꝑtinẽ: q̃li=
tatẽ inſeq̃tur. Propterea corporibus nõ vno ſẽꝑ mõ af
fect9 ac diſpoſit9: nõ vno ſẽꝑ mõ imaginamur: recorda
mur: ĩtelligim9: ſapim9: appetim9: nõ eaſdẽ ſẽꝑ volup
tates ſeq̃mur: nõ eadẽ placent exercitia: nõ hiſdẽ ſtudi
is oblectamur: nõ eadẽ inſõnia cernimus: ꝑ quoꝝ etiã
varietate (vt docet hipocrates in libro de ſomniis) ꝑiti
medicorũ ſciũt de hũorũ dominio cõiectari: redũdãte
eni ſanguĩe lętiores: felle inardeſcẽte acriores: pituita

ē excreſcēte pigriores: atra bile regnāte meticuloſi & triſtiores ēfficimur: accipit ergo aīa (neq; id dubium) corporū affectiões: & ſibi cōiūctę carnis ac circūſtantiū elementorū lęſa cōtagio neſcit in votis ſeruare cōſtantiā. Quod in brutis & volucribus manifeſtius cernit. iuxta illud Maronis noſtri de ſerenitate loquentis.

Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis
Ingenium. aut rerum fato prudentia maior.
Verum vbi tempeſtas & cœli mobilis humor
Mutauere vias. & Iuppiter humidus auſtris
Denſet erant quę rara modo: & quę denſa relaxat
Vertuntur ſpecies animoꝝ: & pectora motus
Nunc alios: alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt: hinc ille auiū concentus in agris
Hinc lœtę pecudes: & ouantes gutture corui.

Maīfeſtū hoc etiā in ſenſu guſtus & viſus: nā ꝓptęr bil' admixtionē palatꝰ infirmi mel amareſcit: & ocul' ęgris odioſa ē lux: q̄ iucūda ē ſanis. Corꝑm morbi ſunt aīę plerūq; ſalutares: tunc enī maxime deū recolimus/ cū in obſeſſa carne regnat īfirmitas: & multis ſanctoꝝ ad aī ſalutē vt (Paulo apl'o) carnis flagella fuere principiū At aī morbus corꝑa nō ſolū nō iuuat: veꝝ etiā lędit ac deſtruit. Vide luxurię deditos vt palleāt & marceſcāt: Vide iuidos: vt macerēt & tabeſcāt. vide auaros vt flaceſcāt & areāt. vide gulę deditos: vt pigri ſōnolēti valitudiarii ſint: ac maloꝝ hūorū pleni: quos gręco vocabulo medici vocāt Chacochymos. Morbos etiā ſpūales hoc eſt malos mores nō ſicut corporeos in cōes toti animę: & vni parti ꝓprios diuidimus: non habet enim aī avt corpus partes: quarum vna ſine aliis infirmetur:

ſed cum anima ægrotat: tota ægrota eſt: videtur tñ ali quãdo nõ tota ſed ſecũdũ partẽ ægrotare: cum ſcilicet ad vnius virtutis opus eſt ſtrenua: ad aliarũ virtutum exercitia lenta & impedita: ſed tamen etiam tunc in toto appetitu venenũ eſt/cui quidem fieri poteſt ꝑ ali os malos mores vitiorũ acceſſio. Inter corporis & ani mi morbos eſt etiam diſcrimẽ hoc aliud: nam quia me dicus aĩarum eſt deus: cuius operationes & opera ſunt ꝑfecta: animę morbus incurabilis eſt nullis. Vnde Se= neca inquit nunq̃ ſera eſt ad bonos mores via: corpo= ris vero morbi (vt ſupradictũ ẽ) iccirco incurabiles plu= rimi. quia natura quę corporalis medicinę magiſtra eſt dei cõparatione: res manca eſt: medicorũ etiã naturali um nõnunq̃ conatus inualidus quia (teſte hippocrate) vita breuis: ars vero lõga: experimẽtũ fallax.

Quid ſit morbus corporis & anime. Cap̃ v.

Morbum corporis a Labeone ſic definiri recitat Agellius in quarto noctiũ atticaꝝ libro: capite ſecũdo: ꝙ ſit habitus cuiuſq corporis cõtra naturam: vſum eius reddens deteriorẽ: ꝑ habitũ autẽ nõ corpo= ris cultũ intelligit: ſecũdũ quã acceptionẽ habitũ mili= tarẽ/ habitũ ſcænicũ/ habitũ religioſum dicimus. Sed habitũ dicit q̃litatẽ noxiã/naturę cõtrariã/craſim cor= poris vitiantẽ: altius imbibitã: vt neq̃at ſubito dimoue ri: qua p̃p
editũ corpus: animę nõ eſt vt prius obtẽpe= rans: ꝓpterea dicit vſum eius reddens deteriorẽ. Secũ= dum Platonẽ. Virtus eſt animi ſanitas: ægritudo vitiũ. Virtus bona eſt cõſuetudo vel qualitas ex bona cõſue= tudine derelicta: vitiũ vero mala. Sicut cũ pulſa infir=

mitate bonorū ciborū vſu: frequēti malorum abſtinē-
tia: corpus in priſtinū vigorē ſenſim reuertit/ & eiſdem
quibus fit valitudo ſeruatur: ſic animus malarū opera
tionū fuga bonaꝝ exercitio virtutē ī ſe gignit: roborat
auget & conſeruat. Relictis igitur corporū morbis / de
ſpiritualibus ægritudinibus deinceps agēdū. Neq; enī
vt podagrę morbū incurabilē ſanemus: ſed vt malorū
tollerantiā qua cōtra huius vitę mortalis abſinthiū nul
lū eſt efficacius antidotū: inducamus. pn̄s caritatis mu
nus aſſumptum eſt.

Cur tāta diligētia ſit in curādis corꝑm morbis. C. vi.

SEd cū tot ſint corꝑis & aī male valitudines: q̄ me
dicis ac medicamētis īdigeāt: cur ſit vt oēs ſpreto
aīo ſolis curādis corꝑibus inhiemus? & illi tātū in ꝓcio
ſint medici: q̱ mederi corꝑibus vel ſciūt vel ſcire ꝓfitēt
Plinius naturalis hiſtorię. xix. de medicīa ſic inq̱t. hęc
primū inuētores ſuos cœlo dicauit: & hodie multifariā
ab oraculis petit: ab aliq̱s ſcriptoribus pene infiniti ce-
lebrant/ q̱ eam artē aut inuenerūt aut auxerūt: aut illu
ſtrarūt. Magi illi quoq; tāta apud Perſas & ægyptios
fuit auctoritas: cū religiōe & aſtronomia medicinā etiā
ꝓfitebāt De Appollie prio ei⁹ īuētore Naſo ſcribit In
uētū medicīa meū ē: opiferq; ꝑ orbē dicor: & herbarū
ſubiecta potentia nobis: His addit Orpheus/ Muſeus
Heſiodus: & vt aliqui volunt chiron centaurus qui de
herbis ſcripſerūt: & medicinę operā dederūt. Pythago
ras etiā ſamius: & Democritus abderites medendi ra-
tionē magno ſtudio queſierūt. Machaon & podalirius
ob medicinę peritiā cū aliis ducib⁹ ex Creta ad Troia-

nā expeditionē vocati ſunt. Hippocrati cū peſtilentiā pullulare incipiētē repreſſiſſet: decreti ſunt honores: quos Herculi decreuerat oli grȩcia Heraſiſtratus Chriſippi diſcipulus ex Ariſtotelis filia genitꝰ Antiocho rege ſanato cētū talētis donatus eſt. Teſte Liuio cū rhomana vrbs peſte laboraret inſpectis libris ſibyllinis/decem legati a ſenatu miſſi ex epidauro deū Aeſculapiū i ſpetie ſerpentis romā adduxerūt. Mithridates ſua ȩtate regū maximus oēs anteceſſores (vt fama eſt) medendi diligentia ſuꝑauit. Cōmentatōes eius & exemplaria Pōpeius magnus in latinā linguā a Leneo liberto ſuo tranſferri iuſſit. Claruit in ea arte Aſclepiades pruſienſis/q̄ (vt aiūt) eloquētiȩ tñ magis q̄ medicādi fretus auxilio nouā exploſa veteri medicinā inuenit. Antonio muſȩ Cæſar auguſtus ꝙ fuiſſet ab eo graui morbo liberatus: ſtatuā æreā iuxta Aeſculaꝑiū locari mandauit. Euax rex arabū medicinȩ & ipſe curioſiſſimus de herbis & lapidibus ad Neronē ſcripſit. Suꝑuenit & Dioſcorides vir militaris in herbaria arte mirabilis. Tēpore Antonini floruit Galienus vir q̄dē doctiſſimus/& ea ætate in medicīa ſingularis. Secutus ē eū Raſis pœnus & ipſe illuſtribus medicis ānumeratus. Fuerūt & alii innumerabiles retroactis tꝑibus medēdi mg̃ri. ſed nr̄ȩ ætati magis ꝓpinqui Petrus aponēſis patauinus vir reꝝ ſcīa admirādus. At oīm neotericoꝝ ditiſſimus neſcio an doctiſſimus. Thadeus florētinus fuit q̄ cū a principibus Italiȩ vocabat̄: q̄nquagīta aureos in mercedē diurnā paciſci cōſueuerat. Ab Honorio ſūmo pōtifice ſemel vocatus nō prius acceſſit q̄ cētū aureos ſibi in dieꝫ ſtatutos intellexit. vnde liberatus pōtifex decem milia

aureoꝝ illi cōmodauit: iuniores īnumeros: ne tibi ſim oneroſus: ſilētio ꝑtereo Hæc aūt memorare ſuaſiit humanę curioſitatis admiratō ꝙ eis ꝑmia honoreſqꝫ decernat. qui corꝑibus opitulari ſciant: eis ꝟo q animas ſanant: ne mīmā q̄dē mercedē inſtituat. Credo tñ ita factū vt moribus parcā/ſubtili/& occulta ſagacitate naturę. natura enī corꝑea vitę ſtudioſa: vidēs hoī ex ꝑte corꝑis mortē impēdere: corpus tñ fulcire conata ē pigmētis & medicis relicta aīę incorporeę cura deo incorporeo. Cui ſnię plurimū cōſonat quod deꝰ paruā imo mīmā & aliqñ nullā corꝑis: aīaꝝ vero tantā rationem habere ſe oſtēdit/vt ipſemet corpus ſuū ꝓ aīaꝝ ſalute tradiderit. & certe plures deus medicos & medelas animabus q̄ natura corporibus adinuenit. Patriarchę prophetę: noui ac veteris teſtamēti doctores nimirū medici ſūt animaꝝ. Religioſi nr̄i temporis omnes & hi ꝑſertim qui declamāt in eccleſiis: & qui confeſſionibus fidelium audiendis pręſunt animorum medici ſunt. hi practicorū/illi theoricorū medicoꝝ loco ſuccendūt. Prophetarū vaticinia doctorū conſulta: leges quoqꝫ tam humanę q̄ diuinę: ſed diuinę pręcipue: & omnis deniqꝫ philoſophia de moribus ſunt animarum medicamēta ſalubria: quibus animę non a morte ſed a miſeria ſempiterna pręſeruantur: quę tanto peior quanto longior morte iudicatur. Vt igitur omnium ſupradictorum concludatur affinitas: corpori corporea debetur medicina corporalis medicus: & medico præmium corporale: animę vero quia ſpiritus eſt ſpiritualis medicina: ſpiritualis medicus: & medico premium ſpirituale proponitur.

Sic oportet nos perſuaſos eſſe : quoniã id & rationi &
doctriẽ aplͥcẽ cõſentaneũ ẽ. & ꝙ iacto hoc fũdamẽto
facilius paciẽtiẽ ſtructura cõſurgit: hinc etiã ſicut mor
tẽ corꝑi/ſic ĩmortalitatẽ aiẽ natura denũciat cnm.ſ. eã
vt naturalis opis mĩme egentẽ relinquit incuſtoditum
at deus curã eius aſſumit: nõ quo (vt antedixi) mortem
effugiat: cui ſuapte natura nũq̃ addicta eſt : ſed vt mi=
ſeriã ſempiternã/cui peccãdo ſe ſubiicit/euadat. Sed iã
ad veſtigandam ſpũaliũ morboꝝ ꝑgamus originẽ.

De morboꝝ ſpiritualium origine. Capitulũ.vii.

SPiritualiũ ĩfirmitatũ (q̃bus penẽ totũ genus hũa
nũ opprimitur) tibi: ſi aduerteris: radicẽ & funda
mentũ breuibus explicabo: vt cognito morbi loco/ſci=
amus vbi oportet applicare remediũ. In hoc peripate
ticorũ & theologorũ ſcholẽ conſentiũt: duas eſſe prin
cipales animẽ partes: per quas videntur homines duas
& has quidem contrarias naturas aſſecuti: rationalem
.ſ. & ſenſitiuã. Iſta cũ belluiſ nobis cõmunis eſt: illa v̾o
ꝓpria eſt homĩs forma. Primaꝫ ꝑfectio rationalis in
duas ſecatur partes. Intellectũ.ſ. & voluntatẽ. Intelle=
ctus eſt oĩa cognoſcere. Voluntatis v̾o intellecta/ſi bo
na videantur/appetere: ſin autẽ mala nocẽtiaꝫ ſint vel
appareãt/quoad eius fieri poteſt/ꝓpulſare vel fugere.
Senſitiua duas item continet vires. vnam qua ea quæ
ſenſui occurrunt aut obiiciuntur dinoſci: alteram/qua
occurrentia obiectaꝫ prius cognita/vel tenere ſatagit:
vel declinare. Prima vis eſt ea qua ſentimus: qua vide=
mus: qua audimus: qua palpamus: qua olfacimus qua
& guſtamus. Nam quaſi quidam fonticulus in quinꝫ

ſenſuũ exteriorum riuulos virtus iſta defluxit: exterio/rum inq̃: nam vt philoſophis placet/totidem ſunt interiores ſenſus: qui intra cranei forulos cerebriq; cauernulas (vt viſũ eſt Auicennę & Alberto magno: ac ceteris medicorũ ac philoſophorũ/qui de corporis humani anatomia ſcripſere) diſcretas habent ſedes ꝓpriaſq; manſiũculas: quæ ſpirituũ animaliũ vię ſpecierũq; receptacula nominãtur. Sed ex his phãtaſiam cõmemoraſſe ſufficiat. quando ipſa id officii in parte ſenſitiua ſortita eſt: quod intellectus obtinet in racionali. Altera vis ſeu virtus bifariam quoq; diuiditur: in concupiſcibilem .ſ. & iraſcibilem. Concupiſcibilis in ea fertur quę voluptatem afferre: per ſenſum & phantaſiam iudicãtur. In ea vero quæ triſtia apparent ita ſe habet: vt ea vel abigat: ſi facultas adſit: vel ꝓcul ab eis ſe ſe q̃maxime proripiat. Iraſcibilis ad ſubſidiũ iſti coniuncta eſt quotiens enĩ cõcupiſcibili q̈dpiam impedimẽti ſe ingerit/ iraſcibil' magno impetu accurrẽs illud totis viribus conatur auertere. Hic diligẽter aduerte/huc mẽtis aciem tota attentione conuerte. Iam tibi oſtenſurus ſum malorum omniũ fomitẽ ſcelerũq; radicẽ: vnde omnis noſtra deſcendit iniquitas. Videbis acerrimũ hoſtem virtutis: videbis id quod mẽbrorũ legem Paulus appellat. Lex mẽbrorũ eſt virtutis concupiſcibilis impetus: qui grecę ορμη dicitur. hic ſemper in id ſolũ quod delectat: nulla honeſtatis: nulla virtutis: nulla dei habita ratione/ tanq̃ magnes ad polũ mira naturę lege cõuertitur. Hi duo appetitus in eadem aĩa quaſi duę in eodẽ axe rotę ſeſſori & equo comparari poſſunt. Voluntas recta ſeſſor eſt: appetitus equus: ſicut enĩ equus

anteq̃ dometur eſt freni & ſeſſoris impatiens/ſic appe=titus niſi prius longa diligentiq́ꝫ cura coerceatur volun=tatem aſpernatus in diueſra cū indignacione ſe prori=pit. domabilis eſt: ſed longa opus eſt diligentia: mag=nis calcaribus: fortiſſimiſq́ꝫ capiſtris: & frenis vtendum eſt: Rē mirā audi: quā velim ſępius adhibita diligentia cōtēpleris. Quicquid leges tam ſacrę q̃ ciuiles: tā vete=res q̃ nouę: tam publicę q̃ priuatę ſeu in pœnam cōmi nantur: ſeu pollicentur in pręmium: q̄orſum tendit: vt huius contumaciſſimi appetitus ceruicoſam duriciem & caput obſtipum contundat & ſubigat. Facilius Xerx em Themiſtocles: Dariū Alexander. Gallos Cæſar. Bellerephō Chimeram. Hercules Hydram Theſeus minotaurum. Ariſteus protheum: Cadmus draconem q̃ hanc immaniſſimam feram debellauit: imo cum illa debellarint: ipſi ab iſta oppugnati ſunt & expugnati: ꝓpterea dictum eſt a ſapiente. Melior eſt patiens viro forti: & qui animo dominatur ſuo: expugnatore vrbi=um: nō aliam ob cauſam veteres heremitę viri ſanctiſ=ſimi/quales in noua lege fuerunt: Paulus/Antonius/ Hilarion. & ī veteri Helias: Heliſeus: & cęteri filii pro/phetarū carmeli accolę ordinis noſtri principes & au=tores vrbes & hominū cōſorcia fugiebant: : in ieiuniis & in diuinarum rerum contemplatione degebant: nō aliam inquam ob cauſam: niſi vt hunc rebellem & con tumacē appetitū emollirent: legiq́ꝫ ſubiicerent: conti=nua hæc intra nos pugna: & vt Auguſtinus inquit: ra ra victoria.

De animi perturbationibus. Capi. viii.

NEc prętereundum hoc loco partem hanc animę quã ſeſitiuã dicimus nũq̃ qeſcere: ſed iſtar maris ſemp̱ ęſtuare. & aſſiduis p̱turbationibus agitari. Sicut enĩ mare duodecim ventis: quos Plinius in libro de naturali hiſtoria connumerat: & vexari nõ deſinit: hoc eſt vt ab oriente in occidentem: & ab occidẽte rurſum in orientem veniamus ſubſolano: vulturno: euro: noto: Auſtro: Libãoto: Aphrico: Fauonio. Cauro: Traſcea Septentrione. Aquilone. Cæcia: Ita memorata pars animę totidem perturbationibus quas Egidius rhoãnus libro primo de regimine principum refert: in magnos fluctus intumeſcit & fremit. Sunt autem hæ perturbationes Amor/deſiderium/odium/ abhominatio delectatio/dolor ſeu triſtitia/ Iſta enim ad animũ: ille vero referũtur ad corpus. Spes: deſperatio: audacia: timor: ira: ſegnicies: quã ipſe Egidius & alii Neoterici vocant manſuetudinẽ paſſionem: ad eius manſuetudinis differentiã: quę cum ſit mediocritas quędam inter iram & ſegniciem: non paſſio: ſed virtus eſt & appellatur. Primus ſenarius ad concupiſcibilem: ſecundus pertinet ad iraſcibilem. Sed quemadmodum pręter iam dictos generales ventos: alii quidam peculiares ſunt: vt Sciron apud Athenienſes Paulum a Cauro deflectens: ſic dictus ꝙ ſpiret a ſaxis: quæ Sciron latro a Theſeo interfectus quõdam inhabitabat: & Circius apud prouintiam Narbonenſem naues in Italiam recto curſu deferens. Ita pręter iam dictas perturbationes aliæ quędam numerantur ab Ariſtotele/ in libro ſecundo rhetoricorũ/ videlicet Zelus: Gracia: Nemeſis: Miſericordia: Inuidia: Erubeſcentia: His appetitus ſicut

mare: natura ſua īſtabilis ſemꝑ ꝑturbatur & fluctuat.
Hinc mūdi turbines excitātur. hinc diſcordię/hinc tu=
multus: hinc bella: hinc excidia vrbiū & hominū inte=
ritus oriuntur: his laqueis. his retibꝰ aīę nrę captiuant
his plagis includuntur/ſimul hoc viſco falluntur. hoc
veneno potantur. his ſordibus inquinātur. his delira=
mentis illuduntur. hoc luto inuoluūtur. his illitę macu
lis amittunt dei patris imaginē. hi ſcopuli nauigantibꝰ
ad cœlum paſſim obiiciūtur. hæ ſunt noſtrę ſyrtes vbi
hęrent noſtra nauigia. hę capharea ſaxa. hæc mendax
& inſidioſa lux in ipſo Caphareo. hic Euripus: vbi ſal=
tem ſepcies in die periclitatur iuſtus. Hæc ſcylla. hæc
Charybdis. hæc ſymplegades: quarū concurſibus dep̄
henſę animę cœleſtis patrię curſum amittūt. hæc tor=
pedo quę mētibus noſtris torporem ac ſtuporē immit
tit: & ad bonū opus reddit imobiles. hæc illa mirandę
virtutis Echeneis: q̄. armatas claſſes & magno vento
rum impetu concitas mirantibus nautis infrenat & ſi=
ſtit. hæ ſirenes quę vocū lenocinio & blandiētibus cā=
tilenarum illecebris captos in feras amiſſa humanitate
tranſmutāt. hæc Meduſa aſpectu tam noxia vt viden
tes conuertat in ſaxa. hæ ſalmacis aquę quæ viros effe=
minās. hæc deniq; eſt illa teterrima peſtis/quæ noſtra
hac tempeſtate per totum terrarū orbem contagia ſuę
atrocitatis effudit. hæc tibi volui cōmemerare & quaſi
oculis ſubiicere: vt viſis hoſtium tuorum caſtris: ſcias
quantum tibi immineat periculum: & qua virtute pug
nandum: & quibus ad victoriam opus eſt copiis.

Vnde ſecuta ſit rebellio appetitus. Capitulū. ix:

ET ne q̄relę aut calūnię loc⁹ relinq̄tur: ꝙ inter has cōpugnantiū virium cōflictationes a deo cōſtituta ſit humana fragilitas a theologis ſapiēter occurritur Aiunt enim & ſentētię huius author primus eſt Moſes hominē a deo ꝑ gratiā ita formatū: vt q̄diu diuinę legi ſubiectus eſſet: nec mortis neceſſitatē incurreret: nec vllam rebellionē ab inferiori creatura pateretur: haberetq; nō extra ſolum: ſed ītra ſe quietē: tranqllitatē: & pacē: adeo vt & intellectus ſine phantaſmatibus clare intelligere: & ratio ſine membrorū & appetitus diſcordia libere & expedite poſſet operari. At ſoluta in deū patrē obediētia: homo multiplici eſt in aīo & corpore pœna mulctatus. In corpus enim cū īfinitis langorum aculeis mors immiſſa eſt. Quā ſentētiā poetę gentiliū q̄ſi diuinātes in ſeparato ꝓmethei fabula depinxerūt In regnū vero animi duę grauiſſimę ſeditiones exortę ſunt. Vna ꝑ quā intelligētię libertati dānum inflictū ē vt ſcilicet ītelligere nō poſſit niſi (vt Ariſtotiles īquit) phantaſmata ſpeculetur: cui ſeruituti ante peccatū nō erat addicta. Altera ꝑ quā voluntas illa eximia ſuprema q; potētia qua ſola ꝓmereri cōmererię: & boni mali q; ꝑ arbitrio eſſe poſſumus: contranitentis appetitus emulatione incurrit. Et plerumq; (teſte ſcriptura) ſolet vſu euenire diuino etiā iuditio cōprobatum oſtēditur: vt quę quis fecerit: eadē patiatur. Sic Sauli poſtq̄ deo rebellauit Dauid aduerſatus ē. Ipſi quoq; dauid. Abſolon. Salomoni q̄dā. Adad regia ſtirpe natus: q̄ diu exularat in ægipto item Razon: & Ieroboā: qui poſt mortem Salomonis ſuper decē tribus imperauit: natura igitur vitiata peccato / & appetitus vinculo ī vindic=

tam ſoluto: bellū hoc aſſiduū & repugnātiam carnis in currimus. Hic itaq locus eſt cui medicina queritur: cui ſunt applicanda fomēta virtutis: cui pacientię craſis inducenda: vt animo benemouenti ſubdita ſit & obtemperans ac idonea rationi.

De variis hoim diſpoſitōibus ad peccādum. Cap. x

QVemadmodū teſte Chriſto in ęuangelio ſpadonum tria ſunt genera: Vnū eorum qui natura frigidi ſunt: alterum eorum qui ferro ac manu fiūt. Tertiū cū qs & ſi natura eſt pronus in venerem: virtutis tamē beneficio fultus caſtimoniā ſeruat. vt de Socrate legimus/ q cū iuxta metopoſcopi iudicium ex tocius corporis filo atq habitu iudicantis eſſet natura vinolentus atq venereus: ea vicia ſic diligētia pfligauerat: vt nemo eſſet ea tempeſtate continētior & ſanctior. Ita fere in omni virtutis ac vicii genere contingit. Sunt enī (vt exempli gratia) de iracūdis loquar: qui naturę impetu fere nullo moueāt ad iram. vt hi qui ſegnes/ imbelles/ ignauiq naſcūt. de quibus illud ſatyrici: ſed leua ī parte mamillę. Nil ſalit arcadico iuueni. Sunt qui & ſi bile concitantur: nocendi tamen inſtrumentis carent: vt facti p ferrum eunuchi: qui licet ſalacitatē ſentiant (ſicut in vita Appollonii Tyranei legimus apud Philoſtratū) tamē nō habent vnde veneris cōſequātur effectū. Sunt qui & impetū & inſtrumētū habētes: ratōis lege quaſi quadam animi diuinitate reguntur. Hęc igitur cum ita ſe habeāt in ſolo fere genere tertio virtus eſt poſita: quod ex arboribus perſuaderi poteſt. Arbor enim quę natura recta eſt nulla indiget ad rectitudinē induſtria. quę vero ita praua naſcit: vt dirigi nullomō poſſit/ omnem

a ſe artem facit alienam At quę inflecti poteſt ac dirigi laborē artificis non fruſtratur. Atq; hęc de actionibus quas tranſeuntes vocant: & inſtrumētis egent: qcunq; legis dicta memineris: in animātibus enī q̄ organis nō utunť (vt voluntatis operationibus) nulla obſtat quin peccare poſſint mēbro℞ inopia. De his dictū ē a xp̄o Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eam: iam mecha tus eſt in corde ſuo. De aliis vero intelligiť illud Sapię dictū. Qui potuit tranſgredi & nō eſt tranſgreſſus. Et eorū quidem qui repugnantię ſtimulū patiunť gradus ſunt pene īinfinitū abeūtes. Eſt nāq; quę tenui diligen tia ſuperetur. Eſt quę maiorē conatū cōtra nitentis ra=tionis poſtulet. Eſtquę tanto impetu arcē rationis im=pugnet. vt vix humana reſiſtat infirmitas Et hi ſunt vt plurimū/quibus ingens eſt animus: & natura feruens multis adiuta ſpiritibus. qualis in Hectore. in Achille in Hercule. & in aliis qui ſemidei a noſtris: a gręcis ℣o dicunť heroes. Hi ſunt forti atq; elato animo viri: qui magna ſemper aggrediuntur & quo℞ vt ſplendida fa cinora: ſic & enormes caſus audiuntur: mediocritatem fugientes aut pręclaris facinoribus ſe illuſtrant: aut fa=moſis ſceleribus ſe inquinant. Fuit ex horum numero Dauid fuit Salomon pater & filius ambo modo religi one: modo vi ciis excellētes. Et ex noſtris Paulus apo=ſtolus qui & eccleſiam chriſti molitus eſt extinguere: & ad chriſtū conuerſus de ſtimulo carnis conqueritur. & colaphizari ſe dicit a Sathana: Addā & beatiſſimū patrē Hieronymū. qui in vaſta ſolitudine conſtitutus ſibi videbatur choris intereſſe puellarū. & vt ipſe inqt frigeſcente corpe ſola libidinū incēdia bulliebant. Eſt

in manibus omniũ liber confeſſionũ Auguſtini:in quo mulierũ amore nõ tentatũ ſolũ:ſed & ſuperatum ſe in genue cõfitetur:erat in iis natura potẽs & fertili terrę ꝑ q̃ ſimillima:quę vna eadẽq; fœcũditate niſi ꝓhibeaẗ a villico. & malas herbas & bonas paſſim & promiſcue gignit:manifeſtũ id & in equis:qui eiſdẽ viribus quib⁹ poſſunt velociter currere: agiliter ſaltare: bellatorem ferre poſſunt: & dominum ferire: & ſeſſorẽ excutere: & obuios conculcare.

Vnde tanta in hoĩbus diuerſitas. Capi. xi.

QVod ſi quæras vnde tanta ſit in hoĩbus naturarum varietas:vt ſpecie non nulli differre videantur? Quod de animabus hominũ platonici concedũt. Vt enim reperies qui natura timidi ſint:tardi:ſõnolenti:inertes:pigri:ſegnes:ignaui:ita videas q naſcantur animoſi:ſtrenui:vigiles:induſtrii:vegeti:cordati:excitati. Inuenies etiã quoſdã natura pios: religioſos: iuſtos:cõtinẽtes:modeſtos:benignos. Item quoſdã impios:irreligioſos:iniquos:auaros:procaces:inuerecũdos:immanes. Bene diſpoſiti a natura(hoc autẽ licet oculo ad oculum intueri)minori diligẽtia ꝓficiunt. At quibus nouercali odio natura difficilis fuerit:ſolẽt oĩa faciendo nihil ꝓficere: & operã ac impẽſas vt plurimũ ꝑdere. Nec Cherilus malus Alexãdri poeta:nec Meuius & Bauius minuſq̃ Homerus & Virgilius ꝑdiſcendę poeticę ſtudiũ impẽdiſſe putandi ſunt: ſed minus habuiſſe fauoris a natura:ꝓpterea illi ſunt ignobiles. Iſti inter hieronicas honoranẗ. Ploſinus i primo de ꝓuidentia libro/ capite q̃rto:triatãgit q̃ putat nobis in

uitis ad bonitatē ac maliciā plurimū cōferre. Primū eſt inclinatio illa qua etiam ante pñtem vitā cœpit anima vergere in corpus: & carnis optare cōſorciū. Aliud eſt corpus ſic affectū: vt aīam ad talia ꝓuocet: & ſtatī ab inicio īcautā: & deinceps gradatim aſſuefactā. Tertiū eſt ſubitus ſenſibiliū occurſus ꝑ ſenſus in animā: ſic aut ſic affitiens eā. Horum triū duo tanq̄ vera ſuſcipimus: primū autē reiicimus: quoniā cum catholicis aīas ante hanc vitā fuiſſe nō putamus. Inſequi vidētur & nationes ſua vitia. Vnde & latini ſuꝑcilioſi ac elati dicuntur. Vani Lygures. Leues Galli. Iactabundi hiſpani. Bellicoſi Germani. Mendaces græci. Pœni fœdifragi. Citatur a Paulo apoſtolo Epimenidis Poetę Græci vulgatus ille de Cretenſibus verſus. κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κακὰ θηρία γαστέρες ἀργοί Cretenſes ſemper mendaces: male beſtię: ventres pigri. Si quęras igitur vnde tanta ſit in natura varietas: diſcrepantia in moribus: in vita diuerſitas: nolo me modo coarctare ad inextricabiles huius ꝑplexę queſtionis anguſtias. dicā tñ tranſeunter & ſūmatim: affirmaboq́ꝫ referre multū quo ſemine quis ꝓgenitus ſit: quo ventre ſit fotus embrix: q̄bus horis natus infans: quibus cibis & exercitiis educatus: q̄bus cū alitus: quibus diſciplinis imbutus: ſub qua cœli parte nutritus: Nō enī omniū æque nationū corpora ſunt ad ſapiētię ac intelligentię ꝑceptionē idonea Vnde Socratē vel (vt alii volunt) Thaletem dicere ſolitum accepimus: ꝓpter tria ſe maximas deo gracias habere: q̄ꝛ. ſ. mas nō fœmina: homo nō beſtia: gręcus nō barbarus natus eſſet. Erāt enī græci natura apti magis ad philoſophiā: q̄ꝛ ꝓpter aeris & cœli temperiem cor=

pora ſortiti eſſent ab excellẽtiis cõtrarietatũ (vt philo ſophi aiũt) remotiora. Seres enĩ qui extrema mũdi cli mata inhabitãt: tãtũ ab eoꝝ cõplexione qui clima qui tum incolunt/elongant̃: vt cõplexio quę vni genti ſa= lubris eſt: plerumq̃ȝ alteri mortẽ conſciſcat. Et vt cor= porũ diſpoſitõnibus: ſic moribus legibus ſentẽtiis diffe runt & ingeniis. His de cauſis Athenienſes ingenioſio res: Thebani robuſtiores habiti ſunt: ꝙ videlicet illi in puriore: iſti in craſſiore aere verſarentur. Tãtus eſt cor poris influxus in animã: vt platonici (qui dęmones & angelos volunt eſſe corporeos) putẽt eos ꝓ corporum varietate variis rebus oblectari: eos qui de cœleſti ſub= ſtantia corpus hñt: figuris & cantibus allici: qui ex igne fumo & odoribus ſacrificioꝝ: qui vero ex aere: dicunt ſeſe corpibus noſtris inſinuare ſolitos & hũani corpo = ris humorem exugere. Affirmat Herodotus libro hiſ toriarũ tertio: ſe ex genere ſcytharũ ſapientẽ audiuiſſe neminẽ p̃ter vnũ anacharſim: qui (vt Cicero ĩ queſtio= nibus tuſcalanis inquit) ſapientię fuit admirandę Hæc igitur quæ ad bene beateq̃ȝ viuendũ tanti momẽti ſunt nõ nr̃ę ſunt facultatis ſed aliũde ſuppeditãtur. licet enĩ bene mori noſtri ſit arbitrii: tñ bene naſci & bene educa ri nr̃ę nõ eſt poteſtatis. Propterea cũ de ſalute agit̃ nõ vitę principiũ: ſed finis inſpicitur. Satis ergo fuerit no= bis poteſtatẽ cũ diicffultate relinqui: diuinũ adiutoriũ nulli negari: patere viã oĩbus a vitiis ad virtutẽ: a virtu te ad gloriã. ꝙ ſi quibuſdam maiori cum labore: certe etiã maiori cũ mercede. Hæ ꝑticulares cauſę (quæ re= belliones appetitus augent ac minuũt) intellectę ac reci tatę ſunt a philoſophis: & cõmunis illa cauſa: hoc eſt

peccatũ originis a primi parentis inobedientia natum a ſolis theologis allegatur: quæ prędictis adiũcta tãtę molis eſt in oĩbus vt ad peccatum incuruet Hinc illud apl'icũ: ſi dixerim⁹ qa peccatũ nõ hẽmus noſmetipſos ſeducimus & veritas in nobis nõ eſt. Sed iam ad appe= titũ redeamus:

De vi appetitus .Capi. .xii

APpetitus ergo ꝑ inobedientiã primi hoĩs abſolutus a lege rationis/preuaricari cœpit & inſanire: de cuius clam deſtinis inſydiis & incurſionibus apertis/ Iacobus ita loqtur. Vnuſquiſqꝫ vero tentatur a concu/ piſcentia ſua abſtractus & illectus: in eo ꝙ abſtractus dicit: violentiã exprimit. In eo quod illectus adiungit fraudulentiã ſignificat. Paulus autẽ ad Romanos ſcri/ bens appetitũ his verbis accuſat & taxat. Nam velle adiacet mihi ꝑficere autẽ bonũ nõ inuenio. non enim quod volo bonũ hoc facio: ſed quod nolo/malũ hoc ago. Si autẽ quod nolo illud facio: iam nõ ego operor illud. ſed quod habitat in me peccatum. ſic apoſtolus. Erant in Paulo ſicut & in nobis duo fere homines ſpiri ritualis .ſ. & carnalis. Verba autem ſupradicta ſpũalis ſunt hoĩs de carnalis tyrannide conquerentis. & carna lem hominẽ hoc eſt appetitũ peccatũ vocat: quia vi= delicet ſemꝑ nos ad peccatũ flectat & inducat. Spũalẽ hominẽ ipſe Paulus dicit interiorẽ: cũ paulo infra ſub= iungit. Cõdelector enĩ legi dei ſecũdũ interiorẽ hoĩem Et de carnali ſubinfert. Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. mox homo ſpiri= tualis in Paulo videns ſe non poſſe penitus carnali re= ſiſtere: quaſi indignabũdus in hæc verba prorumpit. Infelix ego homo: qs me liberabit de corꝑe mortis h⁹

& paucis interiectis ita concludit. Igitur ego ipſe mēte ſeruio legi dei. carne autem legi peccati. Hoc idem & xp̄us inqt. Spūs qdem ꝓmptus eſt caro autē infirma. Spūs quippe mens eſt/in qua pręſidet voluntas conſē⸗tanea rationi: & parata ſemꝑ niſi retrahatur ab appe⸗titu parere diuinę legi. Caro autē hoc eſt appetitus car nalis infirmus ea de cauſa eſt appellatus: ꝙ volūtatem ſemꝑ p̄pediens omnē operā noſtrā reddit infirmā. Vel qa nos ꝓpter carnis legem rationis conatibus reſiſten⸗tem ſimus ad omne p̄clarum facinus infirmi. Nec tn̄ minus infirma caro nūcupabitur etiā tū cum appetitus bonis opibus aſſuefactus adhęſerit ratōni Nam vis ea quæ quoniā impiū volūtatis exequit̄: executiua nūcu⸗patur corporeis inſtrumētis alligata: nec opis ꝑfectiōe nec opandi velocitate poteſt volūtatē adæquare: Ex deo igitur & ex voluntate efficacia eſt: at tarditas & de terior agendi conditio ex carne: non ąliter q̄ in claudo ꝓgreſſionis obliquitas ex curuitate cruris eſt: ſed eūdi facultas ex aīa. Hoc ꝑpendens in ſecūdo ethicoꝝ dix it Ariſtoteles: icontinētes ſimiles eſſe paralyticis. quē admodum enī paralyticus morboſa qualitate vim mo tiuā impediēte/quorſum nō vult manū vertit: ſic incō⸗tinens ſi aliqn̄ vel bonitate naturę vel diuina iſpiratio⸗ne motus: aſpirare velit ad virtutē continue ꝓteruien⸗tis appetit⁹ impulſu/ de vię regię rectitudine in dextrā aut ſiniſtrā: hoc eſt de mediocritate ỽtutis in id quod plus aut minus eſt: deturbat.

Quomodo appetitus ligetur. Capi. xiii.

Contra hanc teterrimā peſtem quod aliud melius dari poteſt antidotū q̄ quod Paulus oſtendit di⸗

cens. Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo: ne cũ aliis p̃dicauerī ipſe reꝓbus efficiar? Pugnãt ergo incẽſe hæc duo ſemꝑ: & ea pugnę lex eſt: vt victor victo impe ret: & quo libuerit trahat. Rem mirã intellige/quam ſi ſaperent & ſibi recte conſulerent hoĩes: fortaſſe vitam cautius inſtituerent: nec ſeipſos inconſulte ac improui/ de viuẽdo tot vitioꝝ cathenis alligarent. Vſus & con= ſuetudo ea ſunt/quæ appetitũ ligant & obſtringunt. Conſuetudo vero quæ cathena eſt adamãte ſolidior: ꝑ exercitiũ vſumq́ꝫ contexitur. Actiones aſſidue annu li ſunt. ſi appetitus ad id quod concupiſcit: voluntatis aſſenſum ſemel traxerit: vnũ cathenę ãnulũ cõplicauit ſi cencies eam ſeduxerit: iam ex centũ orbiculis cathe= na contexta collum victę voluntatis innodat: & capti= uam ducens illudere & inſultare nõ ceſſat. Hinc Hora tius in epiſtolis. Animũ rege: qui niſi paret: imperat: hunc frenis: hunc tu cõpeſce cathena. animũ autẽ vo= cat impetum appetitus.

Quid valeat habitus Capi. xiiii.

CAthena hæc a philoſophis (qui rerũ naturas ſub tiliter inſpexerunt) habitus appellatur. Is conti= nuis & frequẽtibus malis actionibus ſic pedetentim & ſenſim nobis adhęret & ſubrepit: vt in naturam trãſire videatur: ſicut lignũ a natura rectũ/poſtq̃ diu flexurã paſſum fuerit a curuitate dimoueri non poteſt: nec lig= no minus tenaciter adhęret ea figura: q̃ ſi ab origine curuatura veniſſet. Scitũ eſt illud memorabile Lycurgi exemplũ. q volens populo q̃tũ cõſuetudo poſſit oſtẽ= dere: duos catulos/vnũ in ſyluis: alterũ domi in popia educari fecit: mox conuocatis turbis tale ſpectaculum

exhibuit. Catulos adduci iuſſit: & ꝓpoſito hinc lepo=re: hinc cacabo: ſolui eos mādauit: q̄ popinę aſſuetus erat: ad cacabum repentino curſu ſe ꝓripuit: qui vero in ſyluis coaluerat: mira pedū leuitate fugientē leporē inſecutus ē. Vident̄ ergo habitus natura fortiores: vt=pote quā ſubigunt/domāt/& immutant. & vnuſquiſq; habitū habens niſi diligētiā adhibeat: in cōtrariū ſecū dū eū ſemꝑ oꝑatur. oꝑatur autē habituatus facile ꝓm pte/ꝑfecte & cū delectatione. qui vero ſine habitu eſt: & ſi bene oꝑari poteſt/neq; eni id negauerim/nō ęque expeditus & ꝓmptus venit ad oꝑandū: nec tāta inerit oꝑationi voluptas/ꝑfectio/facilitas. Vn̄ illud Ariſtote lis in ethicis: citharœdi eſt: citharā pulſare: ſtudioſi bn̄ pulſare. Ineſt ergo habitui (vt theologoꝝ clariſſimi ſē tiūt & p̄ſertim Io. Scotus iu primū ſnīaꝝ di. xvii. q. ii. vis actiua: qua cū animę virtute cui infuerit: habituat⁹ valet ad melius & laudabilius operandū. De vi con=ſuetudinis quid a Valerio dicatur hic referam. Creten=ſes inquit cum acerbiſſima execratione aduerſus eos quos vehemēter oderunt vti volunt: vt mala cōſuetu=dine delectent̄: optāt: modeſtoq; voti genere effciacis ſimū vltionis euentū reperiūt: Inutiliter eni aliq̄d con cupiſcere: & in eo ꝑſeueranter morari: exitio ea vicina eſt dulcedo. At ſi voluntas mea diligentia ſtudioq; ex citata cœperit appetitui dominari: & eius feritatē mol lire colliēdo: breui ſi ꝑſeuerauerit & victoria vti ſciuerit nec vires remiſerit: victrix euadet: & in altiſſimā virtu tis arcē cū victorię ſignis euolabit. Ad hoc Paulus ad Romanos hortatur: dicens. Ergo fratres debitores ſu mus nō carni: vt ſecūdū carnē viuamus. Si eni ſecūdū

carnē vixeritis: moriemini: Si aūt ſpū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Vita .ſ. mortali ac ſempiterna: q̄ ſola vera eſt vita: & ab oī mortis contagione ſemota:

Quod paucoꝝ eſt appetitū ſuperare. Capi.xv.

SEd pauci admodū ſunt q̄ carnis imbecillitate deuicta fœlicitate tantę victorię potiātur. ea nanq̄ eſt volūtati cū appetitu concordia: ea familiaritas: ea neceſſitudo: vt pene nunq̄ ſciat eius plene repugnare blandiciis. Docuit hoc cū ſūma totius humani generꝫ incōmoditate atq̄ iactura ꝓthoplaſtus homo: qui cū mō eſſet ab opifice deo conditus: & in ꝑfecta mēbroꝝ corꝑis & aię viriū integritate formatus: prę moitus etiā quid euēturū eſſet delinquēti: maleſuadēti fœminę ne (vt Aug⁹ inq̄t) eam quā hēbat in delitiis/cōtriſtaret: aſſēſus eſt: ex illo tpe cœpit verū eſſe quod a Moſe dicitur: Chi lezer leb rahe mincabrab. ideſt quod latine pluribus verbis explicatur. Senſus & cogitatio cordis humani ꝓna eſt ad malū a iuuētute ſua. viciū hoc in ramos a radice diffuſum indies magis magiſq̄ cōualuit. & ſeneſcente natura quottidie reuireſcit. Adam ratōis typus eſt: appetit⁹ Eua: cū ratōnē dico ſuꝑiorē animę partē: quę & volūtatē & intelligētiā includit: intelligo Volūtas libera eſt. facile tñ perſuadetur: & paulo momento huc vel illuc impellitur. appetitus vero libertate carens ſemꝑ obſtinate & irreuocabiliter triſticiā fugit: & ſeq̄t voluptatē irreuocabiliter inq̄ ſi eū ſpectes: nūq̄ enī ſeipſū ipſe reuocat aut cohibet: ſed ſi ſuperiorem virtutē cui ſubiicit aīaduertis reuocari poteſt: vt dixi⁹

Q̄ motui cœloꝝ aſſimilat̄ motus appetitus C.xvi.

POrro operę pretiū eſt in his animę potentiis in=tueri ſimile q̱ddam motui cœlo℞. queãdmoduȝ enim nonę ſphærę (quod eſt primū mobile) impetu fir mamentū & planeta℞ orbes quottidie ab ortu ad oc=caſum rapiuntur: qui diurnus motus appellat̃: & tamẽ dum eorſum feruntur/motu quodam alio ſic contrani tuntur: vt quibuſdam tp̱m ſpaciis totū zodiacū retro=grado curſu metiãtur: Sic & appetitus q̃tūuis a ratiõe regatur: ſemp̱ tamen diuerticula quęrens aliquãtulum refugit. & quaſi bos plauſtro ſubiugatus & bubulci ſti=mulo punctus ad carpendum gramen collū intorquet.

Qd' duplici hoīs naturę duo ſpūs p̄fecti ſunt. C. xvii.

HVic duplici hoīs naturę duo (vt theologi volūt) a deo dęmones deſtinãtur: vnus qui cū ipſe bon⁹ ſit ad bonū: alter qui iuxta ſuam nequitiam nos vertat ad malum: qui appetitui fauet genius dicitur ab anti=quis. genius aūt ab ingenio dicitur: quod naturã ſignifi cat vnicuiq; inſitã: & genius ꝙ ingeniū hoc eſt naturaȝ ſecundet appellatur. Fuerunt etiã philoſopho℞ q̱dã qui dixerint ſingulis rerū naturis & ſpeciebus ſingulos angelos attributos: qui conſeruandis eis curam impen derent. Euclides etiã ſocraticus duos omnibus hoībuſ genios appoſitos dixit: qui & lares vocantur/ bonū. ſ. & malum In cuius ſentenciam Lucius florus venit: cū dixit: bruto poſtera die in prælio morituro/p̱ noctem apparuiſſe atram quandã imaginẽ: & quę eſſet inter=rogatã tuus malus genius ſum reſpõdiſſe. Nõ enī addi diſſet malus: niſi alterum bonū geniū exiſtimaſſet. Hi & penates dicebantur: qui quoniã pro eo℞ ſeu homi=

nũ ſeu locoꝝ quibus pręſunt/cuſtodia:cũ aliis laribus pugnãt: & aliqñ ſuperãt: dictũ eſt a Virgilio de Aenea Ilium in Italiã portãs victoſqꝫ penates. Hæc quãq̃ gẽtilia ſint/attigi:ꝙ nõ ſunt ſi bonũ iudicẽ inueniãt: multũ a noſtris dogmatibus diſſidẽtia. at de his alias. Sed quorſum iſta nũc? Nempe vt oſtẽderem nõ mirũ eſſe paucos ad illã victoriam ꝑuenire de qua dictũ eſt. & tamen neceſſe eſt vt in paucoꝝ hoc eſt bonoꝝ catalago conputemur. & ab illa infinitate ſubtrahamur. de qua ſcriptũ eſt a ſapiente. ſtultorũ infinitus eſt numerus.

Qꝫ miſeri ſunt qui peccant. Capitulũ .xviii.

QVi ad tantã ſcelerũ immanitatẽ confirmato iam peccandi habitu deſcenderũt: vt nec rationẽ audire: nec cœlũ iam ſuſpicere poſſint. hi ſunt de quibus dicitur ab apl'o. excęcauit enĩ eos malicia eorũ. Eoſdẽ Ariſtoteles taxat cũ inquit in ethicis: omnẽ malũ eſſe ignorãtem. malus enĩ habitus quaſi quędã tenebroſa caligo de vitiorũ palude ſe attollens/longe amplius q̃ ꝑturbatio ſeu paſſio mentẽ excęcat. & ignorãtię nocte lumẽ rationis abſcondit. Licebit hoc experimẽto cognoſcere. ſi ſtatuanť duo: vnus intemperans: alter incõtinens: intemperantẽ dicimus/qui ſine vlla repugnãtia rationis libidinibus & voluptatibus ĩmergitur. Incontinens vero eſt qui poſt aliquã pugnã appetitus & rationis/a fluctu ꝑturbationis opprimitur. Quęratur vter eorũ grauius crimen putet adulteriũ: reſpondebit incõtinens graue ſibi videri: & ꝓpterea ſe conari ab eo tãq̃ a turpiſſimo ac fœdiſſimo animi morbo declinare. Intemperans vero contemnet forſitan: & videns reſpon/

debit illud quod in ſepulchro Sardanapali recitatur inſcriptũ. Hęc habeo quę edi: quęq́ʒ exſaturata libido hauſit. Cognoſce q̃tũ ignorãtię ſecũ ferat mala cõſuetudo. Quis ignorãtẽ nõ dicat eũ qui dicit malũ bonũ vel qui graue malũ putet eſſe leuiſſimũ? Nõne qui trabem dicit eſſe feſtucã hebetes habet oculos: & qui ictũ gladii culicis aculeũ fuiſſe credat: tardioris eſt ſenſus.

De tribus ſtultitię gradibus. Capitulũ. xix

TRes huius ſtultitię gradus eſſe per tres illos mortuos quos Chriſtus ſuſcitauit oſtenſum eſt. Primus qui in domo ſua ſuſcitatus eſt: hos ſignificat qui malis cogitationibus allecti veneno peccati intra conſcientiã admiſſo: ad extrinſecũ opus vel verecũdię freno vel alia quauis cauſa p̃pediti nõ exeunt. Secũdus q extra ciuitatis portã vitę reſtitutus eſt: illos oñdit q cogitationẽ in opus duxerũt: tãto infelitiores effecti: q̃to magis voti compotes extitere. Tertius qui in monumento fœtens & q̃driduanę mortis detẽtus ergaſtulo: iam amicos in vitę deſp̃atõnẽ adduxerat/ illos ſignat: qui cogitationẽ in opus: & opus in conſuetudinẽ habitũq́ʒ verterũt: quoꝝ vita plena flagitiis cœlo infernoq́ʒ deteſtabilꝰ eſt: illud obſcurũ & illaudabile genus hominũ/ dũ fas & iura ſubuertit: dum neq́ʒ modũ neq́ʒ modeſtiam ſeruat: dũ oĩs diſciplinę ſeueritatẽ abiicit: q̃q̃ multis pręſit: lateq́ʒ dominetꝛ: vitio tñ ac diabolo ſeruit dicẽte Paulo ad Romanos: ſerui eſtis eiꝰ cui obediſtis & quãq̃ leui extrinſecus pelle niteat: intrinſecus tamen ruderibus oppletũ / tabidum & intollerabili ſanie putrefactũ eſt. Quanq̃ ſibi multiſq́ʒ placeat. deo tamẽ &

angelis bonis ĩuiſũ inſenſũq; & eſt & eſſe debet: vt poſte quod ſimile ſit ſepulchris dealbatis: quod vitiorum ſentina: latrina ſcelerũ: & tocius inmũditię cloaca dici poſſit. Propterea Paulus ad Romanos capite .vi. Nõ ergo inquit regnet peccatũ in veſtro mortali corpe: vt obediatis concupiſcentiis eius: ſed neq; exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato: & dauid huius ſpiritualis morbi fœtorem nõ ſuſtinẽs clamabat. Putruerũt & corrupte ſunt cicatrices meę a facię ĩſipiẽtię meę.

Qꝫ terrena voluptas breui dilabit̃. argumẽtũ ab impatorum exemplis Capitulũ .xx.

AD de ꝙ ea quibus peccatores plurimũ fidũt & q̃ pdite amant: breui amiſſuri ſunt. nã quæ ſubſũt fortunę ludibrio: nõ eſt eorũ diuturna poſſeſſio. ſubiiciamus exemplũ eorũ qui apud hoĩes dii fuerũt: qui in vita conſecuti ſunt quicquid pmittit terrena fœlicitas/ de impatoribus loquor / quibus quattuor hæc diuitię: potencia: honor & voluptas: quę præ cęteris omnibus mortales mirantur affatim ſuppetebant. Iulius Cęſar omitto quot curis: quot laboribus: quot periculis: & diſpendiis peruenit ad regnum. id enim impoſſibile relatu eſt. nec dum plenis velis in imperio nauigabat. & ecce coniurationis tempeſtas exoritur: qua ſic oppreſſus eſt: vt tribus & viginti plagis confoſſus obierit. Cayus Caligula Romanorum imperator: poſtq̃ triennio & decem menſibus imperauit: trucidatur a ſuis. Claudius anno imperii quartodecimo venenatur. Nero ſextus Romanorum imperator / iuuenis adhuc & in triceſimo ętatis flore cõſtitutus qui ardẽte Roma

Troię aloſim decantarat: ſeipſum ſuo pugione confo=
dit. Galga ſenex imperii mēſe ſeptimo in vrbe ad lacū
curcii trucidatur: & eius caput: quod toti orbi legē dix
erat a: Gragario milite amputatū / ad calones & lixas ē
ꝓiectū. Otho nonageſimo quīto imperii die ſeipſum
pugione cōfodit. Vitellius cum ſumma ignominia ex
ædibus tractus luto & ſtercore cōſperſus / mucrone gla
dii mēto ſuppoſito / ne prę pudore faciem inclinaret ad
ſcalas geōnias ductus minutatim excarnificatur. Do=
mitianus ex optimo patre peſſimus filius / xp̄ianorū ꝑ
ſecutor ſeuiſſimus: anno imperii ſui decimoquīto neca
tur a ſuis tanto infelitior: q̄to eius potētia diuturnior.
Prolongatio enī tā ſæuę tirannidis quid fuit aliud q̄ co
aceruatio diuinę īdignationis? Antonius cōmodus oī
bus (vt aiūt) incōmodus duodecimo imperii anno ſtrā
gulatur. Helius ꝙ illiberalis eſſet & ſordidus impii mē
ſe ſexto palam occiditur Antonius Caracalla ſeptimo
imperii ſui anno dū leuandę veſicę gracia deſcendiſſet
ex equo a Parthis opprimit̄. Heliogabalus homo fla=
gicioſiſſimus quarto imperii āno tumultu militū eneca
tur. Decius xp̄ianoꝝ inimicus imperii anno ſecūdo a
barbaris eſt occiſus cadauere eius nuſq̄ reperto. Valeri
anus qui cū Gallieno regnauit captus a Pacoro partho
rū rege nō occiſus ſtatim: ſed ad diuturnā mortē reſer=
uatus: erat enī ei equū aſcēdenti ſcabellū pedū: quod
aliter dicitur ſuppedaneū. Sed quid pergo tyrannorū
cædes recenſere? verſu illo ſatyrico cōcludendū. Ad ge
nerū cereris ſine cæde & ſanguine pauci Deſcendūt re=
ges & ſicca morte tyrāni. Hic citari poſſet Antimachꝰ
poeta græcus. q cū dolorē ſuū quē e morte chariſſimæ

coniugis Lyſidices cōcœperat emollire vellet: elegiam ſcripſit in qua calamitates oēs heroum altius repetens numerauit, ſed ad pñs iſta ſufficiant. Hæc autē dicta ſunt vt memineris breue & interciſum eſſe omne quod in hac vita nos allicit: lōgū & ꝑhenne omne quod cruciat. nam vt poeta inqt. nulla eſt ſincera voluptas: & dulcedini ſemꝑ amaritudo ꝑmixta eſt: quod Homerus poeta clariſſimus innuit cū dicit: In limie Iouis duo dolia poſita. vnū mellis: alterū fellis plenū: & ſingul animabus e cœlo in corꝑa deſcendētibus ex vtroqꝫ dolio portionē dari.

Teſtimonia ex ſacra ſcripturā idem ꝓbātia. Cap. xxi.

His atteſtatur quod in pſalmo dicitur. vidi impiū ſuꝑexaltatū & excelſum ſuꝑ cędros libani & trāſiui & ecce nō erat. & iterū: viri ſanguinū & doloſi non dimidiabūt dies ſuos: & ſi aliqñ ꝓſpero negotioꝝ curſu lętantur: ſi peccare nō deſinūt: verificatur in eis qđ Claudianus inqt. Tollūtur in altum: vt lapſu grauiore ruant. & in pſalmo dicitur. Tu vero deus deduces eos in puteum interitꝰ. Audire non pigeat qđ in alio pſalmo ſanctiſſimus Dauid de hoc peſſimo hominū gene nere ſit locutus: & quibus eos verbis inſectetur. Sic enī inquit: quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate? tota die iiuſticiā cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolū. Dilexiſti malitiā ſuꝑ bonitatē: iniquitatē magis loqui ꝗ̄ ęquitatem. dilexiſti verba p̄cipitationis: linguā doloſam. Propterea deus ſubuertet te ī finē euellet te & emigrabit ac trāſmigrare te faciet a tabernaculo tuo. & radicem tuā de terra viuentiū. Vide

bunt iuſti & timebūt: & ſup̱ eū ridebūt: & dicent·Ecce hō q̱ nō poſuit deū adiutorē ſuū. Sed ſperauit in multitudine diuitiaꝝ ſuaꝝ: & prȩualuit in vanitate ſua. Hactenus Dauid: alibi quoq̧ dicit: Inimici autem dei mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficiētes quēadmodū fumus deficiēt. Hmōi hoīes igiť dū ſe impune peccare aduertunt: dū paciētia dei male vtūtur: dū oībus libidibus ſuis ꝑfruūtur: deū negant: ꝓuidētiam irrident: genus aliud vitȩ nō putāt. & ꝑſuaſi animā interire cū corpe/poſt mortē nihil nos futuros exiſtimāt īmo & deſiderant: ne cōmiſſoꝝ ſceleꝝ pœnas luant: Iccirco diciť in pſalmo. Hō cū in honore eſſet nō intellexit. compatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

De hominis excellentia. Capitulū xxii.

VIde q̃uȩſo: quod iam diu tamē vidiſſe te credo. Sed recole mō in quāta excellētia cōſtitutus eſt homo. Vt ꝑcipias q̄ ingratus ſit deo: qui paſſim ꝓſtituit ſe diabolo. Eſt enī tantȩ ꝑſpicacitatis ſuapte natura homo: vt ingenio ſuo diſciplinas oēs ac artes excuderit. At quō id factū Ariſtoteles in prio libro metaphiſicȩ indicat dicens. Hoīem cui ociū ſuppetebat/poſtq̄ ſȩpe ꝑiclitatis in rebus ac cōminus notis diu ſe exercuit & acta ac euenta memoria collegit: feciſſe artes atq̧ diſciplīas. & hoc nihil eſt aliud q̄ quod A. Gellius refert dixiſſe Afraniū poetā in togata cuius hi verſus ſunt. Vſus me genuit: mater peperit memoria: Sophiam vocant me graii: vos ſapientiam. Sed Ariſtotelis ſectatores & prȩſertim Euſtratius in ethica proſecuti ſunt di-

centes: Ex his quę eodem modo neceſſario ſemp̱ eue-
niūt: p̲diiſſe ſcientiam/a cuius regulis nihil excipitur.
Ex his vero quę nō ſemp̱ ſed tamē vt plurimū accidūt
artē factam: quā quia multas exceptiones admittit: &
fallere interdum videtur artificem: dixit Agathon for/
tunę amicam: At quę ſępe fiunt nec tamen vt pluri=
mū: ſub artē redigi nequiuiſſe: ſed circa ea verſari pru=
dentiam de his omnes conſultando deliberant. Quæ
autem per quam raro apparent neq; ſcientię: neq; arti
neq; conſilio ſubdita caſui ac fortunę reliquerunt. Hæc
igit̃ ſunt hūanę p̱ſpicacitatis indicia: q̃ Plinius natural̃
hiſtorię libro ſeptimo: capite. lvi. Ioannes etiā Torte=
lius in dictione horologiū tribuētes ſua inuenta ſingu/
lis autoribus latius p̱ſequūtur. Tantę etiā ſublimitatiſ
eſt homo: vt omniū quæ cœlo continētur: imo & cœli
ipſius ac dei ſit capax? Vñ philoſophi gētiles multa de
deo recte tradiderunt: vt ꝙ vnus: ꝙ immēſus: ꝙ incor=
poreus: ꝙ ſempiternus: ꝙ optimus: ꝙ omnipotens: ꝙ
ſemp̱ vigilans: ꝙ affectibus carens: ꝙ mūdi opifex: ꝙ
primus motor: ꝙ finis omniū atq; principiū: & de hoc
genus aliis tam multa recte pręceperūt: vt magna pars
theologię noſtrę ab eis accepta ſit. Cœlū autē quod tā
to interuallo remotū eſt ſic ducente oculoꝝ acie ratio
penetrauit: vt polos: vt axes æquinoctialem: eclipticā
maximas ſolis declinationes: tropicos: arcticum & an
tarcticum: Circulos: necnon & apſidas ſeu epicyclos:
motus etiam planetarum & firmamenti ita deprehen=
derit: vt qui diligenter ſupputare & ad calculum ma=
theſeos reducere voluerit vix errare vnquam poſſit.
Quod exemplo declaratur Hipparchi Aſtronimi.

Ipſe enī teſte Plinio: ſol̃ & lunę curſus & eclipſes in ſex centos annos ſęculo ipſo atteſtante p̄cinuit nō minus veraciter: q̄ ſi conſilioꝝ naturę particeps fuiſſet. Tanti īſuper vigoris eſt: vt ſit eius aīo celeritas/ vēto citatior igne volucrior: tantę fœlicitatis: vt ſit paulominus mi= nutus ab angelis. ſicut ꝓpheta inquit: & vt philoſophi dicunt in æternitatis horizonte locatus: hoc eſt rebus æternis ꝓpinquiſſimus: & quo ad animū ꝑticeps æter/ nitatis: Horizontē nanq; vocant Aſtronomi circulum quo viſus terminatur & hemiſphæria diuiduntur: & di cunt hominē in eo conſtitutū: ꝙ imaginati ſint naturā omniū congeriē diſtribui in duas ꝑtes: quaſi in duo he miſphæria: mūdi hemiſphæriis ideo ſimilia: quia ſicut mundi ſic & naturaꝝ vna congeries. quæ æterna cōple ctitur /nos latet. altera vero quę tēpore mēſuratur ap/ paret. Hō igitur in horū hemiſphęrioꝝ cōfinio ponit̄ q̄a corpea mole corꝑalia: & animi inmortalitate conti/ git æterna: & eſt vtrorūq; quoddā participiū: partē ſui in hoc/partem in hemiſphæriū illud extēdens. ſortitus etiā corpus quod īmortalitatē poſſit induere: ad ima= ginē quoq; dei factus. Omniū p̄terea animātiū dn̄s ha bens ad cuſtodiā ſui angelos quaſi ſatellites: aut pæda gogos: Cœli inſuꝑ (niſi deū contēnat) hæres futurus: dęmonibus hoc eſt angelis malis & apoſtatis imperat Vnde Hermes Triſmegiſtus dixit: hominē tantę ſubli mitatis: vt deos faciendi habeat facultatē. Statuis enī fabrefactis dæmones ad inhabitandū eas magicis arti bus inducebāt: & eas quaſi animatas ꝓ diis habebant. Inſuper & ꝓmerēdi paradiſum habet arbitriū: & vt in ſecūdo phiſicoꝝ memīt Ariſtoteles. homo quodā mō

finis eſt omniũ: & vt Plinius in principio ſeptimi libri de hiſtoria naturali dicit: cauſa hoĩs videt̃ cuncta alia genuiſſe natura. Et iccirco p̃dictus Hermes Triſmegiſtus: Homo inquit magnũ eſt miraculũ o Aſclepi: & in ſecũdo libro Aſtronomicõ. M. Manilius de homĩe loquens ita inquit. Eximiam natura dedit linguãq; capaxq; ĩgeniũ: volucrẽq; aĩm: quẽ deniq; in vnũ Deſcẽdit deus atq; habitat ipſumq; requirit: Et in tanto demens conſtitutus honore: dũ appetitũ magis q̃ rationem ſequitur: compatur iumẽtis inſipiẽtibus: quæ nullo ratõis moderamĩe ſed ſolo impetu ferũt̃ appetitus.

Quæ ſit ſumma homĩs miſeria. Capitulũ. xxiii.

STatus igitur iſte flagitioſoꝝ hominũ: ſummę miſerię (qua nulla in hac vita maior eſſe poteſt) ſtatus eſt. Sũma enĩ miſeria culpa eſt Nam & ipſi damnati & æternis pœnis addicti: magis eo ꝙ culpis ſordeãt q̃ ꝙ pœnis doleant miſeri ſunt: & ꝙ miſerię plus inſit culpę q̃ pœnę. ſi vacat & placidi rationem admittitis edam. quod enĩ peius eſt: id miſerius: at culpa peior ẽ q̃ pœna Quid inq̃ peior: ĩmo neq; mala eſt pœna cum iuſta ſit. Omne enĩ iuſtũ bonũ. Sed malũ dupliciter dici planũ ẽ: malũ. ſ. ſimpliciter: & vt theologi dicũt malũ huic: & fieri poteſt vt quod ſimpliciter bonũ ſit: huic malum: Sicut pœna quę ſimpliciter bona cum ſit: eſt tamen huic mala quẽ cruciat. mala autẽ dicitur ꝙ bonũ quoddam tollat. ſed quodnam bonũ? neq; enĩ ſimpliciter dicitur bonũ; ſed tripliciter. Bonorũ enĩ quoddam honeſtũ: quoddã vtile: quoddã delectabile. Pœna de qua eſt ſermo nõ omnis boni genus: ſed eius q̃d

delectat expungit: & quia quod honeſtũ eſt nõ ſolum nõ deſtruit: ſed fulcit: ſimpliciter bona eſt. huic tñ ma/la q plectitur: quia p eã voluptate priuat̃. Sed age dic vtrũ optabilius puniri inſontẽ an ſontem abſolui? vel qđ idipſum eſt culpa ſine tortura: an tortura ſine cul=pa? Si appetitũ cõſulas: ſi beluaꝝ prudẽtia vtaris: mõ impune feras culpam ridebis. At ſi mentẽ interrogas & cœlũ ſuſpexeris: nõ moleſtias tantũ vitę naturales: verũ etiã carcerẽ/ſeruitutẽ/morbos/infamiã/ferrũ/ in=cendia: mortẽ deniq ipſam culpę antepones Legimus admirandę fortitudinis exemplũ ſingulare: cui ſimile nõ habet gẽtilis antiquitas. Septẽ mulieres Cappado/ces dũ cruorẽ Blaſii martyris: cuius agonẽ admirantes conuerſę fuerant: pronę humi ſpongia colligũt: obiec/to xpianitatis titulo trahũtur ad prȩſidem: & cũ poſt multas cõminationes ĩuictę pſiſterent: miſtri magiſtra tus genus omne tormẽtoꝝ exponũt. laminas/eculeũ/ plũbum liquefactum/& illos pectines ferreos: quibus Blaſium modo diſcerpſerant: ad incutiendũ terrorem intentãt: & quo ſit in ſpectaculo plus energię: quia cõ=traria mutuo ſe exaggerãt ad numeꝝ mulieꝝ: ſeptem thoraces igne candentes ad lęuam: ſeptem vero veſtes xilinas molliſſimas atq candidiſſimas ad dexterã col/locant. Iubentur vtrũ malint ad nudũ induant. Vna il/larũ relictis duobus infantulis quos ſecũ habebat cur=ſu concita veſtes xilinas corripuit: & in ignem negan=de fidei incitamenta piecit. Non eſt ad aſpectũ tã ter=ribiliũ pœnaꝝ exterrita mulier: non ploratu natorum mater elanguit: duriora morte tormenta non horruit: ſed naturã vincente conſtantia thoracem ignitum ad

carnem induitur. O rem antea nūq̃ auditam. O facin⁹ dignū æterna memoria. O exemplū ad confirmādos debiles efficaciſſimū. Nos aūt a maioribus noſtris tantum degenerauimus tantum ab antiqua virtute receſſimus: vt vel minimo incommodo vſq; ad dei blaſphemiam ꝓlabamur.

De delectatione: & an ſit peccatū. Capitulū xxiiiii.

COnducere ꝓpoſito ſatis arbitror: ſi ad ea quę de concupiſcibili atq; iraſcibili diſſerebam redeam⁹ Dixi concupiſcibilē vim in ea tantū quæ delectant: & iraſcibilem in ea toto impetu ferri: quæ labefactare videntur voluptatem. Hæc igitur ita ſe habēt: ſed altiuſ ac intimius mēte ꝑgamus: rem reconditā cognitu digniſſimam: & ex philoſophoꝝ ac theologorum archanis deꝓmptam accipito. Si concupiſcibilis quod cupit aſſequitur: & voti compos fiat repente ex victoria gaudiū innaſcit/flāmeſcit/accenditur. Si conſequi nequit: aut ſi quicq̃ offendit quod offendat: triſtitiam incurrit gaudiū & triſtitia opationes nō ſunt: ſed ab operatione neceſſario ꝓfluūt. Sicut palati delectatio nō eſt ipſa cibi contritio/ſed ex contritione. ſicut lux ex ſole: calor ex igne: & pulchritudo ex iuuētute cōſurgit. Propterea & ſi operatio ip̄a ī noſtra eſt poteſtate/vt amare & odiſſe: poſitis tamen operationibus: delectatio aut triſtitia/velimus nolimus: ſenſum inuadit. Sicut in noſtra eſt poteſtate ignem accendere/at cum accēſus eſt: velimus nolimus. ſplendet et calet: Hinc diuinus ille Plato dixit: animas fieri malas nō ſpōte ſed inuitatas

Nam licet peccandi operatio ſit libera: tamenhabitus malus qui nobis malitię notam inurit: ex actiõe libera neceſſario ſurgit: & animã iuitam capit & irretit. ex liberis ergo actionibus: quędam neceſſario & naturaliter ꝓdeunt: vt paſſiones & habitus. Dolor igitur corpis & animi triſtitia/ſimiliter gaudiũ & delectatio: opationes nõ ſunt: verũ ex opationibus ſurgũt: amare & odiſſe quod eſt voluntatis: ſenſiſſe pcipere: quod ſpectat ad ſenſum: opationes ſunt: & ex his oriuntur ea quę p̄dixi: mœror: lętitia: dolor: & voluptas: quas latini perturbationes: noui theologi paſſiones: Græci παθη dicunt: Et iccirco eos qui natura vel more ſunt rigidi nec nec vllis affectibus inflectuntur. quales legimus Diogenem: Pyrrhonẽ: Heraclitũ: Timonẽ: apathes hoc ẽ imperturbabiles vocant. Non igitur in pturbatione actionis: ſed in ipſa actione peccatum eſt. Si rem turpem amas: peccas: delectatio & libido: quę ex amore turpitudinis manant. peccatũ non eſt. Propterea ſi ad flagitioſum opus inuitus venias: quãq̃ adſit voluptas: non tamen peccas: Si vero ad honeſtũ facinus vltro te conferas: & ſi nõ delectaris: tamen recte agis. Habes ergo in opere ſine triſtitia offitiũ: & ſine oĩ delectatione peccatũ. In ope igitur p̄cedẽte nõ in affectione ſequente laus & vitupiũ: virtus & vitiũ: lucrũ & damnũ

Redargutio quorũdã theologorũ de delectatione loquentium. Capitulum xxv.

Hinc ſeq̃t̃ mĩme veꝝ eſſe qđ dicit̃/ad mẽſurã malaꝝ voluptatũ torq̃ri maloꝝ in inferno. Sunt enĩ plerią̃ quorum animus eſt ad peccata promptiſſimus:

ſed corpus ægrũ ex cuius habitu friget appetitꝰ:reſiſtit voluptatı̃ nõ ergo delectatio quę pẽdet ex mẽbris:ſed interior actio quę pẽdet ex aı̃o//ratio penarũ atq̃ mẽ' ſura eſt. Locus autẽ apocalypſis quẽ allegant ſic eſt ex ponẽdus:q̃tũ glorificauit ſe & in delitiis fuit.hoc eſt q̃ tum delectari ſtuduit.vel quãtę ſe delectationi expo= ſuit.mos enı̃ ſcripturę eſt:vt nõnunq̃ effectus ꝑ cauſa ponatur.ſic erubeſcere ꝑ verecũdari:excãdeſcere pro iraſci:geſtire ꝑ gaudere frequẽter vſurpant. Hoc etiã ab aliquibus theologis ſic enarratur:vt delectationem duplicẽ dicant(vnã quæ oꝑationẽ antecedat:& homi nẽ ad peccandu irritet. alterã quã voluntas appetitu inardeſcente corrupta ex opere expectat:vt ei fruẽdo ſe totã ı̃mergat:huic ſecũdę cõmenſurari aiũt pœnas: quibus cõtradicimus ea ratione:ꝙ volũtas nõ ſemꝑ vo luptatẽ quã optat ſequitur.nõ ergo deus delectationi quã peccãs ꝑcipit:ſed ei quã ex pctõ ſperauit tormẽta retribuit. Appetitus ergo ſẽſibilis(vt cœpimus enarra= re) ſi rẽ gratã offẽdit:exultat & geſtit:ſi in quidpiã q̇ offendat/incurrit:mœrore deiicitur. Tunc iraſcibilis ꝑ concupiſcibili pugnãs:quod nocet aggreditur:& ſi vo' ti compos ſit/exultat:ſin autẽ nõ poteſt:triſtatur & lã guet. Nec quiſq̃/oro:me redarguat ꝙ in enarrãdis his verboſior fuerim.nã quæ maior ſermonis virtus eſt:q̃ vt apertus ſit. Adde ꝙ ſi(vt Auguſtinus inq̇t)dicere ni hil eſt aliud:q̃ quod animo contines auditori ſermone oſtendere. Certe qui dicendo id non conſequitur vt in telligat̃:dixiſſe nõ videt̃:ſed iã ad cętera feſtinemus.

Quid ſit virtus & viciũ:& in quo ſita ſunt. Capi.xxvi

Quid ſit virtus & vitiũ: & in quo ſita ſint. Capi. xxvi.

Habes iam quid vitiũ: quid ve ſit virtus. Eſt nanq; virtus in cõcupiſcibili ſeu iraſcibili habit⁹ per morem acquiſitus vires iſtas legi ſubiiciens: & ad omne rationis imperiũ hominẽ ſemꝑ ꝓuocans & inclinans. ꝑ morem acquiſitus inde dictũ eſt: vt non putes virtutẽ moralẽ inſtar ſcientię a pręceptore infundi: aut id virtutis eſſe quod natura ſua ſponte ꝓduxit. Sunt enim plęriq; natura neq; ſcurrę neq; ruſtici ſed vrbani: ſed id non eſt in eis virtus: at quędam potius naturę fœlicitaſ ac dei donũ. Qꝫ Craſſus auus craſſi q̱ a Parthis interemptus eſt nnuq̃ riſerit. Antonia druſi nunq̃ ſpuerit. Pomponius conſularis poeta nũq̃ ructarit: natura id p̃ſtitit: nõ virtus. propterea id in eis (vt Ariſtoteles docet) neq; laude: neq; vituperio dignũ fuit. At ꝙ Socrates ſemꝑ eodẽ vultu neq; hilari nimis: neq; turbulento viſus ſit: id in eo viro ſapientia claro virtutẽ exiſtimo. Vitiũ vero in eiſdem potentiis habitus eſt per morem inductus ad ea tantũ inclinans: quæ ſenſui placeant & applaudant. Cum aſſueuit ergo concupiſcibilis parere rationi. Conſuetudo hæc temperantia eſt: qua ſuadente conſuetis homo abſtinet voluptatibus: & a vitio q̃ſi ab extaſi in ſe reuerſum turpitudinis ſuę pudet ac penitet: Eſt igitur bonus habitus animę ſanitas: nam ſicut corpus tum demũ beneualere a medicis dicitur: cum & recte operatur: & a contrariis non facile vincitur: ſic ſecundũ philophos atq; theologos tum animus eſt incolumis cum ſecundũ rationẽ agit: & incitamentis malis non aſſentit: hoc per virtutem habetur: Virtus igitur: vt ex ſententia Platonis ante iam diximus: animæ

ſanitas eſt: ꝙ ſi ſanitas: eſt & perfectio.

De quibus deinceps agendum: & quantum valeat ex arte certare. Capitulum xxvii.

SVnt (Ariſtotele teſte in primo ſecūdoq; ethicoꝝ libris) in diuerſis animę potentiis ꝓ ingenio & natura ipſarū diuerſi habitus ſpecieſq; virtutū. Verum poſthabitis aliis de his tantū agemus: quę in iraſcibili collocantur. quoniā hæc ſunt quæ plurimū valent animi tuo morbo conducere: De fortitudine. ſ. ac paciencia de ſpe & longanimitate: de perſeuerātia & fide ſubiicientes aliq̄ relatione digna: memorię iucunda: dulcia auditui: neceſſaria vſui: Has virtutes ſi tibi conciliaueris: ſi familiares: ac contubernales habueris: nullius hoſtis vim formidabis: ex omni periculo erueris: in oī certamine coronaberis: nam cū ab inicio ſanctorū comites ſemp̄ extiterint & eorū ſtratagemata viderint. docebunt te certarē legitime: quod quāti momēti ſit audi Paulum dicentem. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Certant illi legitime qui bellicę rei peritiam habent. peritiam autem illi habent: qui exercētur diu ſecundū artem: quę poſtquā tranſiuit in habitum: naturæ vim ſic eleuat: vt par diuinitati neſcio q̄d addat: Subiiciam hic ex libro Vegetii de re militari primū caput: vt cognito quid ī corporalibus bellis certādi lex valeat: Certare ſpiritualiter tanto magis diſcas quanto homīs magis intereſt vicia ſuperare q̄ homīes Igitur eius hæc verba ſunt in omni pręlio non tam multitudo & virtus indocta q̄ ars & exercitium ſolet præſtare victoriam & triumphum.

Nulla enī alia re videmus populū Romanū ſibi orbem ſubieciſſe terrarū niſi armorū exercicio : diſciplina caſtrorū: atq; vſu militię . Quid enī aduerſus Gallorum multitudinē paucitas Romanoꝝ valuiſſet? Quid aduerſus Germanoꝝ ꝓceritatē breuitas potuiſſet audere Hiſpanos quidē nō tātū numero: ſed etiā viribus corporū nr̄is pręſtitiſſe manifeſtū eſt Aphrorū dolis atq; diuitiis ſemꝑ impares fuimus: gręcorū artibus prudentiaq; nos vinci nemo vnq̄ dubitauit. ſed aduerſus hæc oīa ꝓfuit Tyronē ſolertē eligere. ius (vt ita dixerim) armorū docere. quotidiano exercitio laborare: quęcūq; in acie euenire pręliis poſſent / oīa campeſtri meditatione prædiſcere: & quotidiano exercitio roborare : ſeuere in deſides vindicando. Sciēcia enī rei bellicę dimicādi nutrit audaciā. Nemo facere metuit : quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenī in certumine bellorū exercitata paucitas ad victoriā ꝓmptior eſt. Rudis & indocta multitudo expoſita ſemꝑ ad cædem. hæc Vegetius. ex quibus conſtat: ꝙ ſi tanta diligētia in ſpūalibus bellis hoīes vterētur: quāta in corꝑalibus vſi ſunt Romani: quāq̄ ſit hoīe diabolus & longi tꝑis experientia & ingenii perſpicacia: & motus velocitate pręſtantior / ſemꝑ tamen victores eſſemus. Nam quod habet minus a dęmone noſtra natura: ſuppleret deus ꝑ graciā: ſi nr̄am videret ſolertem induſtriam: Ariſtoteles in ethicis. in virtutib⁹ inq̄t: Scire ipſum parū eſt: imo nihil: vti vo atq; exercere plurimū / imo totū. Et ibidem cōtra ignauos inuehit̄ dicens Sed pleriq; nō ita agūt: verū ad diſputationes fabulaſq; conuerſi putant ſe optime philoſophari: ægrotos imitati qui verba medicorū audiunt

quidem diligenter: faciũt autẽ nihil ex his quæ ſibi prę cepta ſunt. Vt ergo illoꝝ corpibus nõ bene erit: qui ita curantur: ita nec illoꝝ animus q̃ ita philoſophantur.

Quę ſunt arma ſpiritualia hoĩ cum diabolo pugnaturo. Caput xxviii.

FOrtaſſe me miraberis ꝙ tibi qeſcere volẽti & pacifico hoĩ ꝓponã miliciã: bellũ pſuadeã: & ad tyrocinii rudimẽta ſolicitẽ. Ad te reuertere: rationẽ cõſule: & videbis hoc eſſe ſalutare coſiliũ Putas ne te inter hoſtiũ caſtra victurũ in pace? Animaduerte vbi ſis: vbi cubes: in mũdo in carne cõſtitutę aĩę: qui quies / quę ſecuritas quę pax eſſe poteſt? Memor eſto viſionis beatiſſimi viri Antonii abbatis qui in exceſſu mẽtis poſitus vidit totũ orbẽ laqueis impeditũ. Tota ſcriptura ſacra ad arma clamãte: tibi pſuades in pace viuere? Militia eſt vita hois ſup terrã dixit Iob: ipſi ſanctoꝝ pricipes apl̃i: & ipſoꝝ primi Petrus & Paulus & pugnandũ nobis eſſe & pugnãdi artẽ & armaturã docẽt. Petrus enĩ inquit. Sobrii eſtote & vigilate in orationibus: q̃a aduerſarius vr̃ diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Ecce bellãdũ dicit: hoſtẽ oſtẽdit: ꝑiculũ nũciat / arma demõſtrat / ſobrietatẽ: orationẽ fidem. His armis cum diabolo eſt nõ ferro nec funda dimicãdũ: hoſtis enĩ qualitas docet armaturam aliter cũ Gallis: alr̃ cũ Parthis: alr̃ cũ liberis: aliter cũ ſeruis decernendũ. Propterea Paulus ad Epheſios ſcribens admonet eos cũ quo ſint hoſte cõgreſſuri: nõ eſt nobis inq̃t colluctatio tãtũ aduerſus carnẽ & ſanguinẽ: ſed aduerſus pricipes & poteſtates: aduerſus mũ

dí rectores tenebraꝝ haꝝ cõtra ſpũlía neq̃tię in cœleſtibus. Aduerſus igĩ ſpũales hoſtes: q̨ certant ꝓ cœleſtí heredítate tollẽda: ſpũalía arma ſunt habẽda: & q̃ nã ea ſínt: bonus armoꝝ doctor Paulus expreſſit. Propterea ínquit accipite armaturã dei vt poſſitis reſiſtere ín díe malo. Armatura dei virtutes ſunt: quíbus munitus hõ interior nõ tímeat a timore nocturno: a ſagitta volante in dic: a negocío ꝑambulãte ín tenebris: ab incurſu & demonio meridiano. Et ſubínfert. State ergo ſuccíncti lũbos vrõs in veritate: hoc eſt vere cõtinẽtes eſtote, nam quí ín agone cõtendũt ab oĩbus abſtínẽt: & illí quidem vt marceſſibilẽ coronã accipiãt: nos autẽ incorruptã. Lũbos ſuccíngere eſt libidínẽ ac libídínís ínſtrumẽta velare/ligare/cõficere. Vñ & ſuccĩctoriũ dr̃ veſtis qua pudenda velantur. a lũbís libído re & noíe deſcendit. dr̃ enĩ libido & lubedo quaſi lũbẽdo: ſicut libet & lubet: & vtrumq; apud veteres in vſu fuit. Vñ & equis libídínís pruritũ íneũtibus lũbos ꝑcutiũt: & ſubiũgit: induti loricã iuſtitię. Eſt autẽ iuſtitia q̃daꝫ ꝑticularis díuíſa in diſtributiuã & cõmutatiuã: & hæc ẽ q̃ttuor cardínaliũ vna: eſt & iuſtitia generalis virtus ꝙ ſit totius legis obſeruatio legalís appellata, de qua dicitur ab Euripide: neq; lucifer neq; heſperus íta mirabilíſ Hæc igitur loricę cõꝑatur: quę armatura ẽ & munimentũ corpꝭ q̃le in antq̨s ĩꝑatoꝝ ſtatuis videmus: hñs etiam (cũ numíni addĩt) Meduſã in pectore: nõ ocioſę ſignificatíonis ſignũ: & de hac quæ ægis dr̃: puto Paulũ intellexiſſe. Loríca enĩ cũ Meduſę capite iuſtitiã nõ ꝑticularẽ ſed legalẽ ſignat: quæ arca ẽ illa ꝓmethei in q̃ virtutes oẽs ínclúſit Heſíodus. & bñ numíní attribuĩt: ꝙ eã iuſtitiã habere diuinũ ſit: ꝓpterea loco ꝑdicto ad

Iuſtitia

didit Paulus vt poſſitis reſiſtere in die malo: & in oib9 pfecte ſtare. Perfectus enĩ nõ ẽ niſi q aio iuſticiã legalẽ hoc eſt omnẽ virtutẽ amplectit. huic loricę Meduſę caput. i. ſaxifica virtus inſcribit: qa aſpectũ viri q oĩ virtute ſit prædítus abhorrent dæmones: & p̃ timore ſtupiditate cõtracta lapideſcunt. Et notãdũ q armaturã grauẽ Paulũ inſtituit cũ iuſtitiã legalẽ noĩauit. Eſt enĩ duplex armatura: grauis & leuis: hæc q̃dem arma: illa oĩa cõtinet. q leui vtunt ſerentarios: qui vero graui cataphrattos vocãt. quo ĩnuit animã volẽtẽ de diabolo triũphare oĩbus armis muniri & cataphrattã eſſe oportere. Subdit Paulus. Calciati pedes in p̃paratione euãgelii pacis: quo p̃cepto imbuit tyro ſpũalis: vt oẽs aĩæ vires: q̃ mouẽdi corpis fungunt offitio: ſemp paratas habeat. Et ad capeſſẽda iuſſa diuina expeditas & pmptas. Sic etiã a magiſtris rei militaris iuniores i primis ad gradũ: ad curſum / ad ſaltũ inſtruũt: & de Põpeio Saluſtius dicit. q cũ alacribus ſaltu: cũ velocibus curſu cũ validis vecte certabat: nec enĩ alr potuiſſet par eſſe ſertorio: niſi ſe & milites frequẽtib9 exercitiis paſſet ad p̃lia. pſeqt aplus in oĩbus ſumẽtes ſcutũ fidei: in quo poſſitis oĩa tela neqſſimi ignea extĩguere. Cõtra diaboli tela flagrãtia p̃tẽdẽdũ ẽ ſcutũ: nõ cryſtallinũ illud palladis quo cõtra Meduſã vſus ẽ Mercurius: nõ quod fabrefecit Aeneę vulcanus: ſed alterius materię: alteri9 artis. tela enĩ diaboli nõ ſunt ignea/nõ ſunt fulmia: nõ ſunt phalaricę: nõ ſunt malta: q̃ Comagene luculli romani fugauit exercitũ: Inuiſibilia ſunt tela appetitum ita ſuccẽdẽtia: vt hoĩes illis ſauciati ſeſe in mortẽ ſpõte p̃cipitẽt. Illorũ aũt vim fides extĩguit Subiũgit & galeã ſalutis aſſumite: galea q̃ caſſis dr nutrimẽtum ẽ capitis

quo datur intelligi oportere omnis ſenſus qui ſortiūtur ſedem in capite: defenſos eſſe memoria & deſiderio ſa/lutis æternę. Sunt autē (vt phiſici volunt) ſenſus decē: quinq; exteriores qui oībus patent. & interiores totidē .ſ. ſenſus quē cōmunē vocant: phantaſia / imaginatio / æſtimatiua / memoria. His ita vtēdū: vt nihil imagine/mur: nihil cogitemus: nihil in memoriā trāſire ſinam⁹ niſi piū / honeſtū / ſalutare / diuinū. Iccirco dr̄ a ꝓpheta Cogitatio ſancta ſeruabit te. Turpes & inmūdę cogitationes mīſtri ſunt Sathanę: & quāq̄ aīo blādiātur: cauendū tamē ab eis tanq̄ ab hoſtibus / quoꝝ tanto peri/culoſior ē hoſtilitas: quāto illecebroſior eſt calliditas. Arma quæ hactenus memorauimus quādam patiētię ſpeciē ideo p̄ſe ferunt: ꝙ ſunt nō ad offēdendū idonea ſed magis ſeruandę ſaluti nr̄ę & euitandis accōmodata: vulneribus. At quod addit Paulus: Gladius. ſ. ſpūs quod eſt verbū dei: ad fortitudis naturā accedit. eius enī eſt (vt ſępe iam diximus) nō pati ſolū: ſed etiam cū oportet iacturā inferre. Vno autē mō verbum dei eſt Chriſtus: de quo Paulus ad hebræos. Viuus eſt inquit ſermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: & ꝑtingens vſq; ad diuiſionē ſpūs & animę: quia diuidit appetitū a ratione. Alio mō quicq̄d inſpirante deo ſancti loquūtur: eſt verbū dei: quo gladio vſus eſt Stephanus cū ſtaret in concilio contra iudęos. Propterea de iudęis dicitur diſſecabātur cordibus & ſtridebāt dentibus in eum. Vſus eſt & ip̄e xpūs: cū poſt ieiuniū quadraginta dieꝝ eſt congreſſus in deſerto cū diabolo. Exorciſtę qui latine adiuratores dicuntur diuinorū verboꝝ vires agnoſcūt: & eius præcipue noīs: quod q̄a

·I·H·V·H·
quattuor literis ſcribitur tetragrãmatõ dicitur. ꝓ quo nos dñs : hebręi vero legunt adonai. Qui ergo p̄dictis armis ſe munierit: erit ille fortis armatus: de quo xpũs dicit in euãgelio. Cum inquit fortis armatus cuſtodit atrium: in pace ſunt oĩa quæ poſſidet. Sic ergo inſtructus ſtabis ad ianuam Sunt autẽ ianua ſenſus extreriores: atriũ vero interiores. & conſcientię domũ ita cuſtodies: vt ab hoſtili defendatur ingreſſu. Si in principio pugnę fortiter feceris: & inſtar Torquati hoſtes deieceris: arcem rationis oppupnãtes: a rege noſtro breui coronaberis. Et vt de pugna magis q̃ de pace cogites: paucis ita concludo. Tota hominis vita eſt pugna vel ſeruitus: dũ tu pacẽ cogitas: vitia te impugnãt ſi nõ pugnas/vinceris: ſi vinceris ſeruis. Vita ergo eſt pugna vel ſeruitus: quem pugnare piget: ſeruire oportet. Et ſi qui impii ſunt qui pacem habere videanť: pax iſta non eſt pax. : quia nõ eſt pax impiis/dicit dñs. ſed habere pacem videnť quia ſpõte ſeruitiũ ferunt: & ſe diaboli fecere mãcipia. Dicat ergo aĩa mẽbris corꝑis quę pugnę diuturnus labor offendit illud Maronis

O ſocii neq; enĩ ignari ſumus ante laborum.
O paſſi grauiora: dabit deus his quoq; finem.
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Quo fine ſanitaſ quęrenda eſt. Caput .xxix.

DIcturus de his virtutibus ne inter dicendum tibi grauius ſubrepat incõmodũ: ſtatui te paucis admonere: ne in eorũ ſontentiã venias: qui cũ ægrotant: tanto deſiderio ſanitatis vrgeẽť: vt Hippocratis & Auicennę remediis nõ cõtenti vſq; ad deliramenta vetula-

rũ & magicas incãtatões inſaniãt. Accipe igĩ hoc nr̃ę mili.ię documẽtũ: & more romanoꝝ diſce in pace ita dimicare: vt cũ bellũ ingruerit/nõ frãgare. Quociẽs igi tur iniucũdi q̲d accidit/q̃ appetitũ & ſẽſũ offẽdat (vt phtiſis/febris/morbuſue alius) licʒ diſpliceat toto cona tu cõtine iraſcibilẽ: ne ad ꝓpellẽdũ repẽte cõſurgat. cõ ſueuit. n. temerarie niti & ĩpetuoſe rõnẽ ãteire & id the ologi ſurreptionẽ vocãt. añ igĩ rõnẽ cõſulito: q̃ ẽ recti tudis index: & ĩ regno aĩę dei vicaria. & an morbꝰ hic ferẽdꝰ an abigẽdus ſit inueſtiga. rñdebit rõ pytagoricũ illud curãdũ eſt vt ſit mens ſana in corp̲e ſano. nã cor= pus aĩ tãq̃ inſtr̃m a deo tributũ ẽ. vt ad id q̃ rõ poſce ret: ſe idoneũ & obtẽperãs exhiberet: at cũ infirmũ eſt neq̧ in publicis neq̧ in priuatis negociis ſeruit: & tunc animꝰ corp̲e q̃ſi cõpede q̃dã p̃peditꝰ a naturę & virtu tis ceſſat officiis fitq̧ cõtra naturã mẽbroꝝ ſeruus: quę moderari debet ac regere Dicit. eñi. Criſpus aĩ imp̲io corp̲is ſeruitio magis vtimur. Rõis aſt q̲dẽ ꝓbabiľ eſt & æq̃ rñſio: iuxta auctoritatẽ Pauli. Noli adhuc aq̃s bibere: ſed modico vino vtere p̲p̲ ſtomachũ tuũ: & fre quẽtes tuas infirmitates. Appetitus vero & ipſe ſanita tẽ ſuadet vt rõ: fine tñ differt. Optat. n. ſanari ac bñ va lere nõ vt examuſſim & caſtigate op̲etur: ſed vt libidi= noſe ac licenter inq̲neĩ: vt. ſ. more canũ ad vomitũ re= deat & more ſuis ad volutabrũ luti. Sed hic eſt aĩę ocu lus neq̃: qui opus omne tenebroſũ facit: neq̧. n. ad nor mã reſpicit. & iõ neq̃ eſt oculus q̲a eius malus ꝓſpectꝰ limus aſpectat: ſtrabo eſt: imo lucioſus: nã in luce cęcu= cutiẽs videt in tenebris: lux eſt virtus: tenebrę peccatũ in his q̃ ſũt p̲cti ẽ circũſpectus oculatus & ſagax: in his

ē argus: in his ē Tiphis: in his eſt dędalus in his vero q̄ ad virtutē & ſapiētiā ꝑtinēt: iners ignauus: muricidus: ſōnolentior phoca: pigrior coclea: cęcior talpa: At rō=nis bonus eſt oculus. finē nāqꝫ ꝓbitatis intendit: regu=lā ſemꝑ tenēs & ꝑpēdiculū. ꝓpterea & opus eius eſt ni tidū rectū īterpolatū ac lucidū: lucē nō refugit: videri nō metuit: at opus malū tenebraꝝ amicum deliteſcere cupit: & in publicū vtpote ſuę deformitatis cōſciū/ ꝓdi re nō audet. Timet occurrere ſatyricis/ cynicis/ veteri=buſ comœdis/ veris nomēclatoribus/ tetricis cenſorib9 pudet appellari: quod nō pudet eſſe. Ingeniis nr̄is na=turę vis inſita virtutē in nobis depingit & vitiū. nā cum de vitiis loq̄mur: cōtractis ſuꝑciliis. frōte caperata: tor uo aſpectu: truculēto vultu: verbis atrocibus fulmina=mus. Species hæc vitioꝝ. Sed cū ſermo ē de ꝟtutibus ex intimis animę penetralibus exit in faciē feſtiuitas hi=laritas / alacritas/ exit in verba quędam ſuauiloquen=tię pulchritudo nō fucata. q̄ ſi ꝑpęnderis virtutis ima=ginē conat̄ exprimere. Accedit & famę vulgare iuditiū vitiis nō parcēs: quod ore nō poteſt: more philomenę ſcripto ꝓmulgat/ ſanitatē ergo ſine ꝓpoſito quē ratio conſulet quęrere licitū: imo & debitū: finē vero appeti/tus reſpicere: turpe ac inhoneſtum.

Quomodo quęrenda eſt ſanitas. Caput .xxx.

SEd ita finis rectitudo nō ſufficit: niſi modus quę rēdi ſit licitus: Licita ſunt q̄ lege cōcedūt̄. Cōce=dūtur autē quę nō ꝓhibēt̄. Oē q̄d peccatū eſt: ꝓhibi=tū ē. & omne quod prohibitum/ peccatū. Propterea vt pituitam cures. fornicari non licet: Nec audiendi ſunt medici qui ad corporis ſanationē peccatum inducūt.

quæenī dementia eſt: vt corpus mūdes aīam inquina=
nare?id ſimile eſt vt argentū ſerues aurū amittere : ne
veſtem amittas: corpus occidere. Legim⁹ Conſtātinū
impatorem graui quodā morbo laboraſſe: cui erat me
dicorū iudicio cruor humanus ſingulare remediū : q̄d
optimus princeps chriſtianis dogmatibus nup imbu=
tus cū audiſſet/abhorruit: & malle ſe dixit ſemp ægro
tare: q̄ tam īmani remedio cōualeſcere : & q̄q̄ de con=
ſtantino nō legerim loco ſatis idoneo: ꝙ.ſ.eo morbo
laborarit: tamē fidem facit Plinius qui in vigeſimoſex
to de naturali hiſtoria libro capite primo ſic inqt. Dix
imus elephantiaſim ante Pompeii magni ætatē nō ac=
cidiſſe in Italia : & ipſam a facie ſepius incipientē in na
re primū: veluti lenticula: mox inualeſcente p totū cor
pus maculoſa variis colorib⁹: & in eq̄li cute alibi craſſa
alibi tenui/dura: ceu ſcabie aſpera : ad poſtremū vero
nigreſcente: & ad oſſa carnes apprimēte intumeſcenti
bus digitis in pedibus maībuſq; Egypti peculiare hoc
malū: & cū in reges incidiſſet populis funebre: quippe
in balneis ſolia tempabanẽ humano ſanguine ad me=
dicinā eam. ſic Plinius quē locū citauimus vt id medē=
di genus oli in vſu fuiſſe conſtaret. Sed quod mox ſub
infert Plinius: credi hoc de Conſtātino nō ſinit: ait enī
Et hic qdem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt.
Si ergo tpe Plinii q ſub Veſpaſiano floruit. erat iam re
ſtinctus hic morbus in Italia ſimile veri nō eſt Conſtā
tinū eo laboraſſe qui poſt lōgū tēpus impauit. Sed hiſ
omiſſis ad ea veniamus vn̄ poteſt nobis impendere pi=
culū. Prohibite igitur ſunt incantationes/ſortilegia/ac
ſupſtitiones omnes: q̄ ſunt ſimplitiū vetulaꝝ deliramē

ta:non deridicula ſolum verum & peſtifera: ac graui cē
ſura coercenda: & ſi vim aliquam videntur habere: nō
verborum/non ſignorum/non dei vis illa eſt: ſed fal=
lacium dęmonum nos vanis obſeruationibus illaquea
re ſtudentium. Eſt in quinto decretalium libro caput:
cuius initium eſt. Cum infirmitas corporis Vbi duo in
medicos decreta ſunt. Primum vt priuſq̄ ad infirmo=
rum deueniant: eos admoneant vt medicos aduocēt
animarum. Alteꝝ ne infirmis quicq̄ ſuadeant: quod
in ꝑniciē vergat aīaꝝ. Petrus aponenſis vir magnę ſed
nimiū audacis temerarięq; doctrinę ſecutus Orpheum
Zoroaſtrem. Porphiriū: Apuleiū & cęteros damnatę
magię ſtudioſos in conciliatore ſcribit incātationes ad
infirmoꝝ curā conferre q̄plurimū. Veꝝ quia in decre=
tis Graciani. ca. xxvi. q. v. c. nō liceat. Vanas iſtas ſtel
laꝝ & incātationū obſeruationes videt̄ ſanctoꝝ patrū
damnare ſentētia. Petro aſſentiēdū nō cōſulo: ſi tamē
verba ſint ſancta: fideliter & nulla ſuꝑſtitōne ꝓlata vt
ſymbolū fidei & orō dnica: nō dānauerim: veꝝ ea cū
peccati ſuſpitione carebūt: nō iam incantamēta ſed re
ligioſa verba: aut ſacrę precē appellētur. e. q. in decre
c. vl. gēmas herbaſq; ſanitatis grā: ſine vlla incātatōne
deferre cōceſſum eſt. Imagines vero aſtronomoꝝ: ca=
racteresq; p̄ter crucis ſignū penitus dānat̄. De quibus
etiā apud Thomā aquinatē mlta i ſecūda ſecūdę ꝑte
reꝑies. q. x. c vi cū ociū lectioni vacare te ſinet. Sed hęc
breuiter dixiſſe volui. ꝙ hac noſtra tēpeſtate pleroſq;
videmus his malis artibus deprauatos clam inita cum
diabolo amicitia q̄plurimos ſeducere: & grauiſſimis er/
roribus aīas implicare. Nos aūt quibus propoſitū eſt

nunꝗ a catholica puritate diſcedere: talia floccipendi-
mus eligentes magis ſemꝑ ægrotare: ꝗ cum ſaluatoris
cōtnmelia ſanos eſſe. Dānari hæc ēt & irrideri vident̄
a Plinio libro naturalis hiſtoriæ. xxviii. Capite ſcd'o.
tertio & ꝗrto. vbi recitatis ꝗplurimis huius curioſæ ac
ſuperſtitioſæ vanitatis exēplis: ī fine ſecūdi capitis ſub
iungit. Qua ꝓpter de his vt libitū cuiq; fuerit opinetur
Cætera igit̄ quæ approbati medici remedia docēt: nō
ſolum aſpernenda nō ſunt: verūetiā diligenti cura ſu-
mēda: mediciſq; parendū: ſi peritiā habeant medicādi
dicente ſcriptura: honora medicū. propter neceſſitatē
eni creauit illū deus. & infra paululū. Deus creauit me
dicinā de terra: & vir ſapiens non abhorrebit eā. Cum
poſt maris rubri trāſitū veniſſent iudæi in locū vbi fon-
tes erant amariſſimi: deus cōſulenti Moyſi remediūq;
petēti lignum idicauit: quod naturali vi ſua miſſum in
aquas amaritudinē abſtulit. poterat ſine ligno ſolo ver
bo ſuccurrere. ſed ne res naturales fruſtra feciſſe videre
tur: monuit vbi opus eſt fugiendum ad eas. His igitur
quæ lex & rō damnant prætermiſſis: ſic de corporis ſa-
nitate curandū eſt: vt quicqd agitur ad animæ ſanita-
tem referat̄. & ab animæ ſalute ſumat̄ exordiū. Quod
ſi contingat ſanari non poſſe (Sunt enī morbi quidam
incurabiles) virū ſapientem æquo animo ferre decebit
morbū tanꝗ a deo miſſum: qui nunꝗ ꝑcutit niſi vt ſa-
net. qui nos caſtigat vt meliores reddat. & ex damno
iacturaq; corporis ꝑfectū quærit interioris hominis.

De patientia. Caput. xxxi.

SEd iā ad fortitudinis & patientiæ tractatū vt ꝓ-
miſimus: ꝑ compendiū ſermonis accedā. Mala

quæ accidunt aut inferunt̃ licet (vt ante dixi) repellere ſeruata norma legis & rõnis. habitus in iraſcibili: q̨ ad hoc inclinat: fortitudo dicit̃. facit eñi animũ ad ſubeũ/da pericula ſublimẽ: elatũ atq; conſtantẽ: & quãtũ & qñ oportet ſp̃ audentẽ: vt nõ ſecari: nõ vri: nõ amaris potari metuamus: aĩos igit̃ ocioſos excitat. excitatos erigit: erectos firmat: & imobiles reddit. hæc in infir=mo virtus tũ optima ẽ: cũ ſaluti locus ẽ: ita tñ ea vtẽdũ vt frenet̃ iraſcibilis: nã moræ ĩpatiẽs excãdeſcit. & bile q̃ſi bos oeſtro cõcitat̃. natura vero non ſtatĩ: nõ ĩ momẽto: ſed tractu tp̄is op̄at̃. At vbi ſanãdi ſpes nulla ẽ: dꝫ infirm⁹ ſeſe cohibere. & amuletũ ferre patiẽtiæ. Patiẽ=tia ergo habitus ẽ in iraſcibili: quæ nõ ad ĩpugnãdũ ea quæ cõcupiſcibilẽ offendũt & ſenſui nocẽt: ſꝫ ad æquo aĩo tolerandũ inclinat. ĩp̄ius nãq; iraſcibilis flãmã extĩ guit: rabiẽ ſedat: furorẽ emollit fiet aũt ĩ nobis hic ha=bitus: ſi aduerſa mitiſſime & ſine reſiſtẽtia frequẽter fe ramus. ſic. n. paulatĩ violẽta hæc & imaniſſima fera p̄t ſubigi frangi ac domari: tãtoq; ẽ maior patiẽtiæ q̃ for=titudinis virtus q̃to graui⁹ ac difficili⁹ ẽ malis: nullo pa cto q̃ recte reſiſtere. fortitudo. n. (vt aiũt iuriſcõſulti) cũ moderamine inculpatæ tutele hoc ẽ ſic ſe tuẽdo vt culpari nõ debeat reſiſtit. patiẽtia nullo mõ. Hic Iaco bus dicit. Oẽ gaudiũ. exiſtiate frẽs cũ in varia tẽtamẽ=ta incideritis. Sciẽtes ꝙ p̄batio fidei veſtræ. i. dũ aduer ſa patimini: patientiã op̄at̃. Patiẽtia vero opus p̄fectũ habet. nã cũ habitus ẽ inductus: tũ demũ p̄fecte op̄a=mur. nõ. n. valet patiẽs niſi habitũ habuerit plene op̄a ri. iuuat nãq; habitus rõnẽ & cõiũctis viribus forti⁹ eñi tunt̃. Scotus in tertiũ ſñiaꝝ diſtinctõe. xxxiiii. fortitu dinẽ dicit gen⁹ eẽ ſub quo ſpecies collocãt̃ duæ vna q̃

aduerſa repellẽdo certam⁹: & hãc bellicoſitatẽ vocat. altera qua æquanimiter ferimus. & patientia dicitur. Atq; ita ſcd'm eum non diſtinguitur a fortitudine patientia :ut ſpecies a ſpẽ: ut homo a leone: ſed ut ſpecies a genere: ut puta homo ab aïali. Et erit patientia bellicoſitate tanto p̄ſtantior quanto apetitum magis infrenat. De his aliter ab aliis differi & precipue a Thoma aquinate neſcii non ſumus. ſed more academicorũ nulli ſectæ addicti: ex vnaq̃q; arbitratu noſtro quod placet aſſumimus. Hæc de ueræ patientiæ uirtute tradita ſunt. Eſt.n. alia quædã malorum tolerantia: quæ uirtus non eſt: ut in auarorũ negociis eſt cernere: De quibus Horatius inquit. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare pauperiem fugiẽs: per ſaxa/per ignes. Verum hanc duriciem rectius vocaueris. teſte auguſtino. Neq;. n. uere patiens eſt: qui ut dicetur ſuſtinet tot aduerſa. Patiẽs eſt q̃ pro uirtute: pro legibus p̱ pietate: p̱ deo nitit̃: qcq̃d acciderit ferre: nec frãgit̃.

De gradibus patientię. Capitu. xxxii.

VErũ patientiã (quæ uirtus eſt excellẽtiſſima) tres habere gradus inuenio: vnũ qui & p̱fectiſſimus eſt: illis attribuũt: qui aduerſa nõ ſolum cum opus eſt ferunt: ſed et quæſitum eunt: & quaſi mercenarii opus vnde aliquid lucrentur inquirunt: & quod inquirũt inuento gratulantur. Horum quoq; duo ſunt ordines. Martyres quidam. Confeſſores alii. Fuerũt.n. tp̱ibus illis cũ in p̱ſecutione creſcebat ecc̃la (ſicut ſub Nerone primũ: deinde ſub Domiciano. & pleriſq; aliis imperatoribus) multi chriſtianorũ: qui aſpirante dei gratia tã

ta fortitudine & patientia excellebant:ut tormētis cruciatibuſq; tyrānoꝝ volūtarie ſeipſos:cū latere poſſent obiicerent. Secūdus ordo cōfeſſoꝝ eſt:quibus & ſi tyrāni pepcerunt: ipſi tamē ſibi nō parcentes:& in ſeipſos irati(quod penitēcię genus eſt optimū)crucē ſuam tulere poſt chriſtū. Iſti corā hoībus modici ac humiles ſed deo magni & excelſi ſunt illi / de qbus in die iudicii qn̄ cōſcienciaꝝ libri pferent:iudex viuoꝝ ac mortuoꝝ dicet. Venite bn̄dicti pr̄is mei pcipite regnū quod vobis paratū eſt ab origine mūdi Tūc in iſtos xp̄i puulos ſęculi principes ac magnates qui mō theſauris incubāt horrea dilatāt:mollibus veſtiūtur:ſplēdide cōuiuātur alterius vitę ritū admirātes:& p̄ triſtitia ſpūs gemētes: repetēt illud ſapiētię dictū Hii ſunt/ quos aliqn̄ habuimus in deriſum & in ſimilitudinē impperii:nos inſenſati vitā illoꝝ exiſtimabamus inſaniā : & finē illorū ſine honore. Ecce quomō computati ſunt inter filios dei & inter ſanctos ſors illoꝝ eſt. ergo errauimus a uia veritatis: & de hoc iam ſatis. Primus igitur hic atq; optimus pacientię gradus eſt. in quo ſi Ludouicū morbiolū cōciuem tuū qui anno p̄terito functus eſt vita/collocauero: q̄q̄ multi ſint: vt ſemp̄ fuerunt: qui iuſti ſimplicitatem derideant:nō ero fortaſſe grauiter cōdemnādus. Secundus gradus eſt eoꝝ/qui nō quęſitū eunt nec inuitant ad ſe mala. attamē cum veniūt benigne ſuſcipiūt: & reuerenter tanq̄ dei nūcios amplexātur. Ex horum numero fuiſſe Iob arbitror:cuius in paciētia nomē eſt clarum. Ipſe nanq; cum ſuoꝝ cladem audiſſet cœlum ſuſpitiens dixit. Dn̄s dedit dn̄s abſtulit. ſicut dn̄o placuit ita factū eſt. Sit nomē dn̄i benedictū. Huic adiū=

gendus eſt Thobías quí cœcitatem oculorum tã patiẽter tulít: vt ab angelo curarí meruerít. Tertiũ ac ínfimũ patientíæ gradum illí ſibi vendícãt: qui mala neq; quærunt: neq; cũ venerunt gratanter accipiunt: ingreſſa nõ eiiciunt: ſecũ patiuntur grauate ferunt. conqueruntur etiã. tñ ſedata bile in deũ non elatí muſando tranſeũt & a vícío parum diſtantes in extremis patientíæ marginibus ſedẽt. Et hi ſũt qui noſtra hac ætate virí boní ſunt. víx reſtant nobis antiquæ vírtutis iſtæ reliquię: & raris quidem in locis. vt periculum ſit ne & ípſæ quoq; breui collabantur.

Venerãdi fratris Baptíſte mantuani Carmelítæ Iſagoges ad patientiam. Liber ſecundus.

Quod patientía vía eſt ſanctoꝝ ad cœlũ. Cap. I.

h

Is igit̃ maiore fide q̃ eloquẽtia dictís velim te vír preſtantiſſime paulo altíus inſpicias: & abiectís ſæculi curis: & ſpinis illis q̃ iuxta chriſtí parabolam ſemen. hoc eſt verbũ deí fructíficare nõ ſinunt: excíſis / teípſum intrinſecus quæras: iuxta illud perſianuʒ: nec te quæſiueris extra: & cũ animo tuo rationem ponas: animaduertaſq; in quonã patientíæ gradu ſis conſtitutus. Quod ſi fortaſſe (qd̃ minime ſuſpicor) a patientia te excluſum videris: ſcito te a ſanctorũ ſorte ſeparatum. Quotquot enim a mũdi exordío ad noſtram vſq; ætatem deo placuerũt: crucís patíbulum ín mortali ſuo corpore portauerũt. Audi quid in pſalmis dícitur. Propter te mortificamur tota die eſtimati ſumus ſicut oues occíſionis. Item tranſi

uimus per aquam & ignem: & eduxiſti nos ĩ refrigeriũ Paulus ad hebræos de ſãctis ita loquitur. Alii ludibria & verbera experti: inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt: ſecti ſunt: tentati ſunt: in occiſiõe gladii mortui ſunt. Circũierunt in melotis: quæ ſunt pelles ouinæ in pellibus caprinis. egentes: anguſtiati: afflicti: quib⁹ dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes: in montibus: in ſpeluncis: & in cauernis terræ. Sed quid per multa vagor? Nonne innocentiſſimus abel quem iuſtum in euangelio Xp̃s appellat: primus omniũ ſanctus ab impio fratre Chaim occiſus eſt. Dauid quem ſcd̃m cor ſuum deus inuenit vnxit & erexit: nõne regis Saul: nonne allophylorum: nonne filii dilectiſſimi petitur inſidiis? Nonne Ieſaias in duas partes ſectus? nõne Hieremias lapidibus obrutus? nonne Helias a Hiezabel fugatus? Nonne Zacharias barachiæ filius inter templum & altare eſt occiſus? Pro ſalute patriæ Iudas maccabeus diu fortiter ac animoſe pugnans cum tota fratrum ſtirpe deletus eſt. ſub Alexandri magni ſucceſſoribus vt maccabæorũ teſtatur hiſtoria. Iudæi q̄ legẽ vereri & obſeruare voluerũt miſere trucidati ſũt: inter quos eleazarus vnus de ſenioribus ſcribarum: vir ætate prouectus vultu decorus: vitæ ſanctitate venerabilis cũ porcinam carnẽ contra legis inſtituta comeſſe cogeretur: maluit iuſte & religioſe mori q̃ flagitioſam ignobilemq́ vitam paulo amplius producere Dũm igitur ĩ tormẽtis cõſtitut⁹ vicinã mortẽ videret: ſic exclamaſſe dicit̃ gemẽs: Dñe q̄ habes ſcãm ſciaꝫ: manifeſte tu ſcis quia cũ a morte poſſem liberari: duros corporis ſuſtineo dolores: ſcd̃m aĩam vero ꝑpter timorẽ tuũ libẽter

hæc patior: fuit iſte profecto digniſſimus: qui in cœluʒ recipereť quoniã tam aīoſe tam fortiter terrenum hoc corpus ꝓ lege dei tormẽtis obietit. Taceo Ioannẽ bap tiſtã: taceo apłos: taceo martyres: quoniã nota magis nulli domus eſt ſua: Ioſeph innocẽs a fratribus vẽdiť. Suſana deteſtabilẽ calũniã patiť. Daniel leonibus obi icitur. Sed q̃d plura? Terrena hæc habitatio malis eſt mater: bonis nouerca. Tu ergo Carole Antoni noli tri ſtari: īmo magis gaude: & gratias age ꝙ in hoc venerã do cœtu tot ſanctoꝝ pari cũ eis ſorte numereris: nihil hæſitãs breui futurum: vt ſicut cum eis fueris in pœnis: ſic etiã cum eis in cœlo coroneris. Nonne meminiſti ꝙ nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã: quæ reuelabitur in nobis? Quod ſi meminiſti: cur tantũ te maceras: cur mœrore cõficeris? In hoc do/ lorũ torculari premeris vt fructũ afferas: vt conſciẽtiæ rubiginẽ exuas vt cœleſtem animum in cœlum attol/ las. Si dicat aurum argentario cur me coquis? cur me cædis? cur me lanias? nonne recte reſpondebitur vt ꝑ/ ficiaris: vt ad eam ad quam es genitum gloriam perue nias? Propterea ſcriptum eſt: quem diligit deus: corri= pit: & caſtigat omnem filium q̃uẽ recipit: Eſt teſte Pli= nio quoddam aquilæ genus: quod haliætum vocant. hæc pullos mox vt nati ſunt: contra ſolẽ ſtatuit: quos fixa acie ſolem ferrę poſſe viderit: ſeruat educandos: quos autem oculis cõniuere & radiis offendi deprehẽ= derit: tanq̃ indignos vita eliminat. Nõ aliter profecto deus nobiſcũ agit: nã quos videt ī ꝛduerſis animo deii ci: educare non curat: q̃ vero ſubſiſtũt ac durãt: cuſto= dit & nutrit. de quoꝝ numero fuit ille qui dixit: ꝑpter

nomen tuũ deduces me & enutries me: Itē ſicut adipe & pinguedie repleat aĩa mea: & ipe de⁹ apud Ieſaiam de Iudæis cõquerens. filios inquit enutriui & exaltaui. ipi aũt ſpreuerũt me. Quamdiu enĩ beneuiuēdo Deo adhæſerũt cũ eo qui dixit. Nihi aũt adhærere deo bo nũ eſt: & ponere in Deo ſpem meã: tamdiu eos pauit & rexit: At poſtq̃ cũ filio ꝓdigo receſſerũt: ſubſtantia ſua portione conſũpta. quia nunq̃ ad patrē redierunt: porcinis cibis ali: & in agreſtē naturã trãſire ꝓmiſſi ſũt

Rationes philoſophorum cur corpus humanum fa ctum ſit fragile. Cap. II.

AT dicet quiſpiã qui mundi huius harmoniam ig noret. Cur humanum corpus tam fluxum ac fra gile fabricatus eſt deus: cũ lapidibus & ferro tantã du riciem reſiſtendiq; potentiam indiderit? Quid huic re ſpondebo: niſi ꝙ apud. A. Gelium libro ſexto noctiũ atticarum capite primo dixiſſe Chryſippum ĩ libro de prouidentia legiſſe me memini? Ait. n. non fuiſſe prin cipale naturæ conſilium vt faceret homines debiles: ac morbis obnoxios. Nunq̃. n. cõueniſſe hoc naturæ au tori paretiq; omniũ rerũ bonarũ: ſed cũ multa magna gigneret pareretq; aptiſſima ac vtiliſſima per ſequelã adiuncta ſunt incõmoda. Nã rõne cũ ſubtiliſſima de⁹ hominē fingeret: vtilitas ipſa operis poſtulauit: vt te nuiſſimis minutiſq; oſſiculis caput cõpingeret. ſed hãc vtilitatē rei maioris alia quædã incommoditas extrin ſecus cõſecuta eſt: vt. ſ. eſſet caput minus munitũ: icti bus offenſionibuſq; paruis: etiã peruiũ ac fragile: Inde quoq; morbi ægritudineſq; cõſecutæ ſunt: hãc ſentētiã

cõtemplatus Auerrois in librum Ariſtotelisde anima dixit. Senſus in animalibus cauſam dediſſe breuioris vitæ. Nã vt euidẽtius certiuſq; ſentiamus: carnes opor tuit eſſe molliſſimas: at molliora facilius offendũt' ma= giſq; patent nocumentis q̃ lignea duraq; corpora. Vtili tas igitur hoĩs ad hanc operis qualitatẽ duxit artificẽ: qua de re qui cõqueruntur (c onquerũtur aũt ſoli im= periti)merẽtur ſenſu rõneq; ſublatis: in lapides & ligna cõuerti: quorũ naturã magis æmulantur. Finge per ꝓ= ſopopœiã (quãpoetæ & ꝓphetę ſępe vſurpãt) duos co ram te ligni trũcos humi iacẽtes interrogãti tibi reſpõ/ dere: Interrogentur aũt quidnã eſſe malint: quam a fa bro formã ſortiti cupiant. Reſpondeat primus. Cithe ram me facito. Alter in aratrũ me dolato. Citharæ rõ ſubtilitatẽ poſcit tabellarũ Corpuſq; quod facile lædi & confringi poſſit. Quid igitur ſi lignũ poſtq̃ vt popo/ ſcerat Lyræ formã ſortitũ eſt de ſua fragilitate cõque= ratur: admittemus ne hanc querimoniã: an non potius o biurgabimus & ingratitudinis ac inſipientiæ trũcum accuſabimus: q; opifici gratias nõ agat? & formæ nobi= litati duriciẽ pręferat? Sic profecto de noſtra hac fragi litate: ſeu (vt philoſophi dicũt) naturali ĩpotentia quã vitalium operationũ ratio poſcit conqueri: hoĩs eſt in/ grati ſimul & ſtulti. Quis enim mentis compos ſine his quidpiã cõſequi ſtude at quę iũcta illi neceſſario vide/ at? Hoc eſſet naturã velle ſubuertere: & vt ita dixerim exoptare ſolẽ ſine luce: terrã ſine mole : mundum ſine deo: In hoc ſumus ſapiẽtes dicit apud Ciceronẽ Cato: q; naturã optimã ducẽ ſequimur: eiq; paremus. Subii= cere libet: quod Plotinus Platonicus vir excepta ĩfide

litate diuinus in primo de ꝓuidētia libro capite.xi. de huiuſmodi ſenſerit: ait nāqꝫ. Queādmodū artifex nō oīa q̄ in aīali ſunt efficit oculos. Ita neqꝫ ratio fecit oīa deos. Verū alia qdē eſſe deos ſtatuit: alia vero dęmones ſequenti natura. Poſt hęc aūt hoīes: aīaliaqꝫ deinceps. Neqꝫ id qdē inuidia ſed ratiōe intellectualē hn̄te varietatē. Nos aūt ſic affecti ſimus ſicut imperiti picturę: q pictorē dānant: ꝙ non vbiqꝫ pulchros æque colores poſuerit. Pictor aūt vnicuiqꝫ parti quid eam decebat attribuit: Ciuitates quoqꝫ bene inſtitutę nō ęq̄liter in oībus diſponūtur. Pręterea quis nam comœdiā tragœdiāqꝫ vituperet: ꝙ oēs in eo non ſint heroes: ſed interſit & ſeruus: & ruſticus aliqs rudiori voce ꝓnūcians: Poema tamē nō erit pulchrū: ſi qs inde tollat deteriores: hęc Plotinus: quę qa ſunt nr̄is admodū cōſētanea ſubieci. Ergo duplex hoīs natura cū ſit: vna oībus hominibus coīs: vt recto corpe eſſe: duas ma[illegible]: duos pedes habere: loqui: intelligere: altera vnicuiqꝫ ꝓpria: vt tali oris figura talibus lineamētis eſſe fictū: vtramqꝫ & cōmunē & ꝓpriā: Sapiēs vir æquo animo feret & faciens ex neceſſitate (vt aiunt) virtutem: corporis deformitatem & damnum vertet in animi opulentiam atqꝫ ornatum. Nō ab re fuerit hic annotare qd in primo libro ethicorū de fœlici homine ſcribat Ariſtoteles. confert enim eū quadrātalibus ſeu teſſeris: qbus in alueolo luditur: gręci cubos vocant: ꝙ videlicet ſicut teſſerę quo modocunqꝫ iactētur: ſic ſemꝑ in vnā partem incūbunt vt & rectitudinē & immotā ſtabilitatem retineāt ita homo cordatus & vere ſapiēs quo res cūqꝫ cadant: & in quācunqꝫ fortunam inciderit: feret optime: ac per

oia omnino decenter: ꝙ ſi quottidianos caſus ſic ferre debemus: quomodo non feremus etiam eos quos eui tare cõis omnium parens natura non potuit?

De quatuor corporis humoribus. Caput.iii.

SVnt qui laborant bile atra: quam noſtri Medici græco vocabulo melancholian vocant: Sunt qui praſma ſeu porracea vel etiam fulua (græce χολη dicit̃) plus iuſto abundent: Sunt qui phlegmate quã vocant latini pituitam ſuffocentur: Sunt quibus impedimẽto eſt ſuperfluus ſanguis: hæc (vt ſupra diximus) ante pri mi hominis culpã tanta harmonia continuata erãt: vt ex ipſis: neq; mors: neq; morbus: neq; moleſtiæ quicq̃ emergeret. At ſoluta hominis in deum obedientia: ſo= luta eſt humorum huiuſmodi pax: diſſipata cõcordia Pituita prędominans ſynanchias. Melancholia quar= tanas. Cholera tertianas: Sanguis quottidianas febres facit. Hoc autem exempli gratia dictũ ſit. Nam mul= tis & innumerabilibus pene modis humores iſti a me= dio diſcedentes genera infinita morborum inducunt. Cholera item fulua:: quia acuta eſt & ignea: repẽtinas iras tollit. & quaſi nimbus æſtiuus cito deſiſtit. atra ſi iram cõcipiat: eius eſt pertinax: & ſero ſe cohibet: qui illam patiuntur Iracundi vocant̃. qui vero hanc ama= ri & acerbi. Sũt etiam qui atram tum fulua miſcuerint & in his ſicut humorum: ſic & morum mixtura conſur git: & medium locum tenent inter prædictos Hippo= crates vocatus ab abderitis vt curaret. Democritum ſemper ridentem: inuenit eum in agro auiculas exen= terantem & receptacula humorum iſtorum veſtigantẽ

Multū enim ſicut confert. & ad ſalutem corporū & ad mores humanos iſta cognitio: & beneficio medicinę fieri poteſt: vt qs in nouā cōplexionē: & p̱ ſequelam in morum tranſeat nouitatē. Sicut in his patet qui bilez atrā polypodio & elleboro: fuluā vero curant ruponti co: quod pharmacopolæ reubarbarum vocant.

Quomō cōplexiōes diſtribuātur a deo. Ca. iiii.

AT dicet iterum quiſpiā: cur hæc ita diſtribuit deus: vt bilem horatio: phlegma heraclito: ſanguinem Socrati: melancholiā Oreſti tribuerit: Quę nam ratio fuit ita diſpenſandi: caſu ne iſta an ꝓuidētia vlla gubernantur? reductus ſum in ſyrtes quas prius effugeram: tentabo igitur breuibus verbis etiā hinc elabi: & ſiq̄d nouæ mercis inuęnero: poterit his quę ſupra diximus applicari: vt ex his duobus locis vna ſententię veritas: & ex duobus capitibus vna diſciplinę fiat integritas: Magnæ (vt verum fatear) p̄ſumptiōis hęc quęſtio Cui Paulus aplſus vas electionis vſq; ad terciū cœlū raptus ſic reſpondet: nōne habet poteſtatē figulus ex eadem maſſa aliud quidē vas in honorē: aliud in contumeliam facere. Sufficeret hoc dixiſſe: quia iudicia dei abyſſus multa: inueſtigabiles viæ: & occulta conſilia: nec tantū debet humana temeritas audēdo ꝓcedere: vt ea cernere velit: quæ latere deus inſtituit. Neq; enī domino gratus erit ſeruus q penetralia atq; adyta cūcta quę in domo ſunt: perluſtrare tentauerit: ea nāq; temeritas magis videtur explorantis inſidias: q̄ ſerui officiū prę ſe ferre. Sic licet inq̄ reſpōderi poſſit. Dicā tamen aliq̄d balbutiēs & id Auguſtini fretus autorita=

te. Auguſtini viri ſanctiſſimi & ſapiētiſſimi hæc eſt ſermone breuis ac ſimplex: ſenſu vero longa multiplexq; ſnia: quā Theologi nr̄i ſæpe vſurpant. Sic deus res q̄s cōdidit adminiſtrat: vt eas agere ꝓprios motus ſinat. Igit̄ ſicut aīma in toto corpꝫe, ſic deus ſꝑ operās in toto mūdo vires naturis ꝑ mucrone addidit: & oꝑari eas inſtituit: imo inſtrumēta ſua fecit: quibus cū deo patre fabri filius vſq; mō operās vteret̄. Has igitur vires nec oꝑari īpedit: nec oꝑantes deſerit: ſed ſicut nauta naui iuuat & dirigit: ille in portū: iſte ī finę. & queadmodū ociante aīa mēbra ſopiunt̄: ſic ceſſante deo (vt in igne babylone mōſtratū eſt) omnis naturæ conatus inanis eſt. Immo ſi naturæ (quas ipē cōdidit) ne operentur ꝑ ipm ſteterit videri poterit cōfiteri: vel eas nō recte factas: vel ſe facturæ ſuæ pœnitere: pōt tn̄ ſi vult & aliqn̄ vult (raro tn̄ id vſu euenit) præter naturæ ordinē q̄daꝫ & facere & ſuo arbitratu impedire. Ea quæ in cœlo ſūt ſidera (ſeu ſint ignes ut Platonici: ſeu quædā quīta eēntia vt Peripatetici volunt) nō ſigna tantū reꝝ inferioꝝ ſed cauſas eſſe non dubiū. id. n. omnes Aſtronomi id Ariſtoteles in meteoris: id in ſecundū ſniarū Theologi: id ipſi confitētur oculi noſtri: Quis eſt. n. tā hebete viſu vt nō videat ſole diſcedente: naturā mœrere: aues cōticeſcere: frōdes defluere. Rurſus ipō reuertēte mūdum exultare: terram aperiri: plantas reuiuiſcere: oīa inſtaurari: Vires ergo ſiderib⁹ datæ terrā: & t̄ræ naſcētia ſic afficiūt: vt hoc ſi comedas in bilē: illud ī pituitā: aliud in ſanguinē tranſformetur. quo fit vt hoīe variis pro arbitrio ſuo cibis vtente varietur in eo & ſtomachi

& epatis & renũ: & per ſequelã ſeminis quoq; & vuluæ complexio: Sinit ergo deus pro ſeminum qualitate: ꝑ diſpõne materni vteri: pro cœli: & ſtellarũ aſpectibus: pro ciborum & diætæ natura: fieri complexiones hominum diuerſas: & corpora noſtra in infinitas ire differentias: Angeli vero: qui rebus humanis a Deo præfecti ſunt: miris modis iſta vel ſuo vel dei arbitrio moderantur. horum ſcientiam vocamus magiã naturalem. Cuius Iacob non ignarus ouiũ fœtus colorabat in vtero. & hic modus varia procreandi. Poteſt enim Angelus quiſpiam tibi neſciente te perſuadere vt hoc magis q̃ illud comedas. vt cibis ita concoctis fiat coagulatio certi ſeminis. vt hac magis hora coeas: vt mulieris vulua: quam medici matricem dicunt ſit ſic affecta. Quibus variatis variari quoq; fœturam oportet. Cur autẽ in meam magiſq̃ in tuam perniciem iſta contingant. Neſcire me fateor. quidã autẽ cauſam dicũt decorem vniuerſi: nõ faciunt ſatis animo impatienti grauiter ferenti ſe cum decore vniuerſi dedecorari. Sed ignorata cauſa: ignorari non licet hæc omnia æquo animo ferẽda: cum vnicuiq; perſuaſum eſſe debeat: nihil a Dei numine ſine recta ratione fieri poſſe. ſed ſunt quidam nõ minus impii q̃ imperiti: tam arrogantes: tam proterui tam inſolentes & imphriniti: vt velint naturaꝝ omnium virtutes ac operationes: angelorum etiam ritus & officia propter ſui pedis morbũ ĩmutari. Quod q̃ alienum ſit a recta ratione breui exemplo dignoſcito. Si in Cithara ad concinitatem redacta neruus vnus conqueratur: & dicat ſe nimium tendi rogetq; ſe parum

remitti: Quid putamus Citharœdum reſpōſurū: niſi totius Citharæ magiſq̄ nerui vnius rationem habēdā. Sic ꝑfecto deus ordinē mūdi & naturaꝝ: ex qbus mū/dus cōſtat: curā gerere & debet & gerit. ꝙ ſi cōtra nitaris: & obiicias vniuerſi ordinē opitulari ſingulis debere nō obeſſe: queādmodum in optima re. p. ſic cōmune bonū admīſtratur: vt ſinguli in pace ſine iniuria viuāt. Nec enī alterius rei grā principes ac magiſtratus creantur: niſi vt ſingulis bene cōſulatur: Sicut de Solone ſalaminio dr̄: ꝙ tanto prudētię tēperamēto leges Athenienſibus dedit: vt parem graciā a ſenatu & a plebe cōtraxerit. quod ſi tantę (vt ita dicā) conditurę fœlicitas ab hominis potuit prodire conſilio: quid humano generi p̄ſtare debuit dei ꝓuidentia: cuius eſt ad noſtram nulla ꝓportio? Nonne potuit: & oībus ſimul & ſingulꝭ bene cōſulere? O hō bulla: qui naſcēdo moreris & florendo marceſcis: tantane contra autorē tuū ſurgis au/dacia: vt ei ſuccenſeas? & velis in eū exercere cenſurā? Pone hanc vaniloquētiā: & recordare dicti illius gene/ſeos: Vidit deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Sed an condere potuit meliora: non defuere theologi qui diſceptarint: concludamus ergo nobis quidē a deo bene conſultum. Sed quoniā vt Ariſtoteles inqt: Intellectus nr̄ in cauſas altiſſimas ita fertur: ſicut nicticoracis oculus in lumē ſolis: nō poſſe nos conſilii diuini rationi ſcire & ꝓpterea dictum a xp̄o: neſcitis quid petatis: At dices iteꝝ ſi naturaꝝ ordinē & operatōnes violari nefas eſt: non licebit infirmo votis & p̄cibus cum deo de impetrāda ſanitate tractare. Cui obiectioni re/ſpondeo: Licere quidem ſuppliciter ac modeſte pete=

re: & quod petitur: ſi datur: cum gratiarum actione re cipi debere. ſi non datur: conqueri non licere. iſtorſum mea intendit oratio.

De animæ libertate. Caput. v.

COrporum hæc conditio. animi vero natura libera: immunis ingenua: & ab ærumnis excluſa corporeis/ nec cœlo regit: nec elementis ſeruit: & ſi ꝓpter appetitus connexionem qui corporeis qualitatibus eſt ſubditus in peius ſemper inclinatur/ in manu tamen cõſilii ſui eſt: corpus naturalibus rebus & deo: anima vero ſibi & deo ſubeſt. Propterea vtrumq; ſecũdũ diuerſas tranſlationes legimus in pſalmo. latini ſic legunt. Aĩa mea in manibus meis ſemper: Greci aũt ſic ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου hoc eſt in manibus tuis ideſt dei. nr̃æ tamen tranſlationi. concordant hebræi apud quos legitur napſibe caphi. quod ẽ anima mea in manu mea. Plotinus in libro de virtutibus dicit/ Animam non habere ſupra ſe naturam niſi deum/ a quo ſicut luna a ſole virtutem mutuatur & lumen. nec ab iis multum diſſidet quod Ariſtoteles dicit in policitis/ rationẽ. ſ. principatu politico appetitui: corpori vero deſpotico imperare inter hos duos principat⁹ hoc intereſt: ꝙ in deſpotico hoc eſt herili (nam græci dominiũ δεσποτίαν vocãt) iugum ſeruitutis eſt grauius ſicut ſeruiuit iſrael in egypto; & hoc ius habet animus in corpus. in animaꝫ vero ſicut & in angelos ſolus deus. Vnde ſicut in apocalypſi legitur Ioanni ab angelo quem adorare volebat reſpõſum eſt. Vide ne feceris. conſeruus. n. tuus ſum: ſed in hac dei ſeruitute ſumma libertas eſt: quia deo ſeruire ẽ

cum eo regnare. In politico aũt ſubditi aliquando pñt & contradicere principibus & aduerſari. ſicut & appetitus rationi. Hanc etiã ob cauſam ſpiritus promptus & caro infirma vocatur a chriſto. Corpus eſt igitur vile mancipium. animus autem ſemper & vbiq; principat̃: corpuſq; ſuum regit & poſſidet. At nos qui ꝑ inſcitia ac dementia noſtra magis corpus q̃ animã colimus: cõcupiſcentiis noſtris illecti & abſtracti deum ſubornare & pueriliter ac inepte ſupplicando in ſnĩam noſtrã conamur attrahere. At ſicut neq; pater filio ſemper indulget: ſic neq; deus nos ſemꝑ exaudit. Propterea filiis zebedei honorẽ ambientibus promiſit martyriũ: ac ſi diceret vos ſalutis veſtræ ignari: ea tãtũ quæ ſunt corꝑis infantiliter petitis: ego aũt qui tanq̃ opifex figmentuꝫ veſtrũ intelligo: & tanq̃ pater verã vrãm ſalutẽ inquiro corꝑe cuiꝰ natura caduca ẽ: contẽpto: circa ea quæ animi ſunt laboro Exuẽdæ ſunt igit̃ huiuſmõi cogitatões Deus vt noſtri miſereat̃ orãdus. Et in hoc maxime audiẽdus ẽ Socrates: qui nihil vltra a diis petendũ arbitrabat̃: q̃ vt bona tribuerent. Nos aũt id plerũq; votis expetere quod nõ impetraſſe melius foret. Ipẽ.n.deꝰ fecit nos & nõ ipĩ nos: ſub potenti manu eius humiliari nos decet: Ipſi.n.eſt cura de nobis: & vt Iacobus inq̃t expectat a nobis fructũ noſtrũ tẽporaneũ & ſerotinũ: Eum.ſ.quẽ Maius: & quẽ Septẽber afferat: quæ ſũt ꝑ metaphorã dicta: vt per hæc intelligamus & eũ fructũ quẽ adoleſcens adhuc in iuuẽta: & eũ quẽ Aetas in occaſum vergens: & in mortẽ iam inclinata ꝑducat.

An diſtributio cõplexionũ ꝓcedat a fortuna: vel a caſu: Et ꝙ Ariſtoteles fortunã male deſcripſit. Ca.vi.

VIdes igitur quæ ſit complexionũ ratio diuerſarũ quæ ſi patrẽ qui generat mortalem inſpicias: ve=nient a fortuna. Si vero ad angelos qui mũdo præſũt ſi ad deum rerum opificem ſpectes: nec fortuna noĩanda: nec caſus. Id namqꝫ a fortuna factum dicit Ariſto=teles quod efficiens dum aliud quidpiam optat: effecerit: Vt foſſor ſi dum plantandæ vitis gratia ſcrobem facit: Theſaurum reperiat: Theſaurus inuẽtus a fortuna dicetur: & ipſa fortuna ipſe foſſor erit: At deus qui (vt Auguſtinus inquit) nõ aliter nouit facta q̃ fienda. nũq̃ agere ſic poteſt vt dum vnum intẽdit: aliud faciat: hoc nobis argutulis ſed re vera parum cernẽtibus: & vt plurimum alucinantibus accidit: ſi enim foſſor Theſaurũ hic latere nouiſſet: iam nõ ꝑpter aliud: ſed ipſius The=ſauri gratia fodiſſet: eſſetqꝫ theſauri inuentio non for=tuita ſed a propoſito fodientis intenta: propterea dicit Ariſtoteles: vbi maior intellectus ſit: eſſe fortunã ple=rumqꝫ minorem: quod ego pro captu meo ſic intellexerim: intellectui qualis noſter eſt: qui ſibi quæ euentura ſunt parum videt: præter propoſitum multa cõtingũt: Nam fallax iſta rerum mobilitas: & inconſtans mundi fluctuantis ingenium noua ſemper importãt: & bona ac mala ſperata & inſperata promiſcue ingerit nature nunquam ocioſa fœcunditas: quo fit vt euenta plura ſint q̃ a nobis mortalibus præſciri poſſint. & hæc cauſa eſt: vt in tanto rerum fluxu quærenti vnum: aliud ſe offerat: ſicut in foro cum nundinæ ſunt: in tanta plæbis frequentia ignoti plures quam noti occurrunt. Si er=go dum Petrum quæris: Iohannem reperias: id di=cetur factum a fortuna. animo igitur omnia intuenti

vt diuino nihil: plurima ꝓſpicienti vt angelico: pauca: pauca cognoſcēti vt noſtro: multa a caſu & fortuna cō tingunt. Non videtur tamē Ariſtoteles recte fortunā deſcripſiſſe cum eam dixit cauſam per accidēs. licet. n. is qui dum colit agrum repperit theſaurum: ſit eius inuentionis cauſa ꝑ accidēs: quia dū aliud facit iſtud offertur: non tamē eſt fortuna foſſor appellandus. nomē enī fortunæ non ad ſignificandum has cauſas: ſed ad longe aliud inuenit antiquitas. deam. n. fortunam dixerunt quæ dandi & auferēdi ius haberet. & ei veteres gubernaculum & copiam appingebant tali figuratiōe innuentes bona hæc terrena regi a fortuna. iuxta illud Ouidii. fortunæ cætera mando. Quæ iuuet: & melius q̄ tu tibi conſulat opto. Cauſam ergo quandam latentem & ignotam vnde accidentium rerum ſubitus & inopinatus prodiret euentus dixere fortunam. Quod ſi dicat Ariſtoteles theſauri fortuitam effoſſionē præter foſſorem: cauſam non habere. & ideo fortunam foſſorem appellandum. Id plane abſurdum eſt. nam apud ſapientes confeſſum eſt in omni cauſaꝝ ſerie cauſam ꝑ accidēs nunq̄ eſſe primam Sed cauſas indagantē cum talem inuenerit oportere altius ſpeculari: donec cauſā videat quæ effectum norit & intendat. hanc autem in ſtellis vbi fatum collocant: quia ratione carent: non inuentam / quæremus in ſpiritualis natura ſubſtantiæ. quæ deo & angelis bonis & malis eſt cōmunis: cauſam ergo talem arbitratu ſuo & temere (vt aiunt) cuncta diſpenſantē fortunā indigitant: quæ profecto nihil aliud eſt: niſi deus: & angeli in miniſterium dei creati: qui ſi aliquando videntur dando aut auferendo temerarii:

nihil tamen agunt incõſulte: ſed eſt potius in humano intellectu cœcitas: & in iudicio hominũ magis q̃ in opatione illorum temeritas. Cauſas huiuſmodi ĩmateriales & incorporeas (quæ re vera mundum adminiſtrãt) viſus eſt Ariſtoteles non curare: ꝙ nihil de eis exploratum haberet. & ꝙ id negocii ſupra humanũ iudicauit ingenium. in hanc diſputatiũculam me traxit prouidẽtiæ diuinæ reuerentia: a cuius autoritate ſubtrahi videtur quæcunq; fortunæ tribuantur. fortune inq̃ quæ qd ſit neſcitur. at cum eam eſſe conſtat dei prouidentiam: leuius patientia ſuadetur & æmulus quidam deo ſubtrahitur. Sed iis iam parcendum exiſtimo ne in philoſophorum: qui phyſici dicuntur: ſpineta te ducam: ſocratica illa philoſophia vtilior: quæ vitam & mores inſtituit: illa enim doctos tantũ facit: iſta vero & doctos & bonos.

In quo conſiſtat felicitas in hac vita contra Peripateticos & Stoicos. Cap. VII.

HIc forraſſe quiſpiam dixerit: cur nõ ægre: cur nõ moleſte ferendæ ſunt ægritudines: cum nos ĩ hac vita miſeros reddãt? Ariſtoteles enim (cuius tanta eſt apud omnes autoritas vt ab eo p̃uaricari nefas putẽt) in ethicis dicit: felicitatem humanam in virtutis operatione conſiſtere. ſed perfectã nõ eſſe: niſi virtuti animi corporis & fortunæ bona cõiungantur. cuiuſmodi ſũt corporis ſanitas: forma liberalis: honeſta familia: diuitiæ etiam quæ nobis familiæq; ſufficiãt: amici quoq; optimi: quibuſcũ iucunde viuere & omnia cõmunia habere poſſimus. & (vt ipſe Ariſtoteles inquit) ſine amicis

nullus eligeret viuere:etiã ſi cũcta poſſideat bona: At inter corporis & fortunæ bona(ſic enĩ vocant ipĩ bona externa)primũ locum tenere videtur corporis ſanitas ſine qua neq; amicorum cõgreſſus: neq; diuitiarũ vſus neq; honorũ ſplendor:neq; liberorum copia delectare tãtum ſufficit:vt fœlices ſimus.paucis ego reſpõdebo affirmaboq; Ariſtotelis humanã eſſe ſententiã. Et ꝓpterea oportere eam ſacris eloquiis cedere:& veritati reuelatæ diuinitus.non enĩ potuit ipẽ qui ad ſpeculationem corporeæ naturę ſe cõuerterat: ſupra incorporea oculos eleuare. Nec aliud fælicitatis genus vidit q̃ eius quæ in huius vitæ turbinibus põt vel nullis vel certe ad modum paucis accidere.Sed filius hominis qui de cœlo deſcendit nos ad aliũ finẽ genitos eſſe monuit:Ipſe nimirũ ille fuit de quo inquit Ouidius Pronaq; cũ ſpectent aĩalia cætera terrã.Os hõi ſublime dedit:cœlũq; tueri iuſſit:& erectos ad ſidera tollere vultus. Conſumata fęlicitas in hac vita ſi haberi poſſit diſputetur ab aliis.Certe apud nos definitũ eſt a nullo adhuc habitã legimus omniũ qui ante nos fuerunt hiſtorias hebræas græcas:latinas:barbaras:Qui fuerit in hac vita ꝑfecte beatus:repperimus neminẽ.legimus infinitas hominũ miſerias:calamitates:ærumnas:multorum etiã domi & foris ſapienter dicta.fortiter facta.prudẽter cõſulta vere beatũ nuſquã inuenimus:Plinius libro ſeptimo. Naturalis hiſtoriæ capite:xli.vna inquit fœminarũ in omni ęuo Lampido Lacædemonia refertur:quę regis filia.Regis vxor.Regis mr̃ fuit.Vna Pherenice .quæ filia:ſoror:& mater fuit olympionicarũ:Pherenice iſta. quæ & Callipatira dicta fuit:filium Piſirhodum in cer/

tamē olympicū ꝓſecuta virili habitu q̄ſi pugil cum victorem agnouiſſet: ſuperato aggere quo gymnici claudebātur: nudauit ſe. & ad pœnā quæſita ꝗ Alpheum amnē trāſiſſet (id.n. diebus illis fœminis erat capitale) abſoluta ē. datūq; id patris & fratris & filii verecūdiæ. qui oēs olympionicæ fuerūt. & hac cauſa inducti q ſacris certaminibus ꝑerāt ſtatuerūt/ vt ex eo tp̄e nudi ad eēnt: q ad ludicrū id certamē cōuenirēt Vna familia curionum: in q̄ tres cōtinue vna ſerie oratores extiterūt. Vna fabioꝝ: in q̄ tres cōtinui Pricipes ſenatus. M. Fabius Ambuſtus Fabius Rutiliāus filius. Q. Fabiꝰ Gurges nepos. idē capite. xliiii. Q. Metellus in ea oratione quā habuit in ſupremis Laudibus patris ſui L. Metelli Pontificis: bis cōſulis: dictatoris: magiſtri equitū: quīdecimviri. qui primus elephantos primo punico bello duxit in triumpho. ſcriptuꝫ reliquit decē maximas res optimaſq;: in quibus quærēdis ſapiētes Aetatē exigerent cōſumaſſe eū. voluiſſe.n. primariū bellatorē eē optimū oratorē. fortiſſimū Imperatorē: auſpicio ſuo maximas res geri: maxīo honore vti: ſūma ſapientia eſſe ſummū ſenatorē haberi: pecuniā magnā bono modo inuenire: multos liberos relinquere: & clariſſimū ī ciuitate eſſe. hæc cōtigiſſe ei: Nec vlli alii poſt Romā cōditā. Longū eſt refellere: & ſuꝑuacuū: abunde vno caſu refutāte: ſi quidē is Metellur orbā luminibus exegit ſenectāam iſſis incendio/ cū palladiū raperet ex æde Veſtæ. memorabili cauſa: ſed euentu miſero: quo fit vt infelix quidē dici nō debeat: felix tamen eſſe non poſſit: ſic Plinius alterius metelli: qui huius nepos fuit mentionē facit: qui præter honores ampliſſimos cognomenq;

Macedoniæ: a quattuor filiis illatus eſt rogo: vnō præ= tore: tribus conſularibus: duobus triumphalibus: vno cenſorio: quæ ſingula quoq; paucis contigere. In ipſo tamen flore dignitatis ſuæ a Catinio labeone tribuno plebis: quem a ſenatu cenſor eiecerat: : reuertēs e cam= po meridiano tempore/ vacuo foro & capitolio ad tar peium raptus vt precipitaret̄: vix potuit a limine mor= tis reuocari. & in fine eius capitis cōcludit dicens: Nul= la eſt profecto ſolida felicitas: quam contumelia vlla vitæ rumpit: & in humanæ felicitatis inquiſitione per= ſiſtens nominato & excluſo Auguſto (qui propter am= pliſſimam imperii dignitatem felix cum non eſſet: vi= deri tamen poterat) duos ſubiicit: quos ad caſtigandā hominum vanitatē dii feliciſſimos iudicarunt Phediū quendā: qui ꝓ patria proxime occubuiſſet. Et Aglaū Arcadum pauperrimum: quem a pſophide vico pſo= phidium cognominant: cum. n. Gyges Regno Lydiæ armis & diuitiis abundantiſſimo inflatus animo Apol linem pythium veniſſet ſciſcitatum: an aliquis ſe eſſet fælicior. Deus ex abdito ſacrarii ſpecu Aglaum ei pre= tulit. Is ætate ſenior terminos agelli ſui nunq̄ exceſſe= rat: paruuli rurtis fructibus & voluptate cōtētus. Cui ſententiæ plane aſtipulatur illud ſapientiæ: melior eſt bucella cū gaudio: q̄ domus plena diuitiis cum iurgio Item illud pſalmi. Melius eſt modicum iuſto: ſuper di uitias peccatorum multas. Et capite. xlvii. meminit cu iuſdam Euthymi pyctæ hoc eſt pugilis: πηκτῆσ enim pugil interpretatur. qui quoniam ſemper Olympiæ vi ctor fuerat: & ſemel tantum a Thaſio Theagene circū uentus dolo victus: iuſſu eiuſdem oraculi & Iouis aſti/

ſtipulatu pro deo eſt habitus & cultus. Patria ei locri ĩ italia: qui epizephyrii dicuntur: apud quos erat ei ſtatua: & olympiæ altera: quæ ambæ vna die fulminis impetu cõſumptæ ſunt. Hic (teſte Aeliano in libro variæ hiſtoriæ octauo) ſaxum ingenti magnitudĩe geſtabat qui locris oſtendebatur. & alio q̃ cæteri mortales fato abſumptus eſt. Nam apud cecinuȝ amnem qui locros diuidit a rheginis ab oculis hominum repente diſparuit: hi ſunt quos ex toto humano genere: ex tam infinita hominũ multitudine vt felices haberentur: electi ſũt de quibus illud Hieronymi noſtri dici poteſt: quantis laboribus hæreditas caſſa expetitur minori promiſſa precio margarita xp̃i emi poterat. Vera ergo ſolonis ſententia (q̃q̃ ab ariſtotele damnata) qui neminẽ in vita beatum exiſtimauit dici debere. Cui conſonat illud pſalmi. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum ecce hereditas domini. Non plus ergo quærẽda eſt in hac vita fœlicitas: q̃ apud gallos Roma: apud gallos enĩ nũq̃ ipſaȝ vrbem Romam: ſed viam quæ romam ducat inuenies: Nulla eſt igitur nec eſſe poteſt dum viuimus nobis alia fęlicitas: q̃ ad veram felicitateȝ vera via: quã qui tenet a mortalitate ac miſeriis ſe aſſerere poteſt. Vita. n. nr̃a ſi cum virtute & dei gratia agatur: ad beatitudinem: ſi cum vitiis & dei odio: a miſeria ad miſeriam eſt via. Et quanto vita hæc laborioſior ærumnoſiorq; ẽ: modo iuſticiam & pietatem ſeruet: tanto maior eſt futura fęlicitas: Audi non me: ſed Ioãnem in apocalypſi. Beati q lauant ſtolas ſeu veſtes ſuas: vt poteſtatem habeant ĩ ligno vitæ: & per portas intrent ciuitatem: ſtolas lauare eſt pœnitentiam agere: quæ predicatiõis chriſti fuit

initium.in ligno vitæ poteſtatem habere: chriſto qui ē lignum vitæ in medio paradiſi eſt frui poſſe. Per portas intrare ciuitatem: eſt per mandatorum obſeruationem ad cœlum ire: Dixit enim chriſtus adoleſcenti. ſi vis ad vitam ingredi: ſerua mādata. Sed quid multis opus eſt quando licet vno verbo concludere? res ita ſe habet: vera & compendioſa felicitas in hac vita nulla ē alia niſi mandatorum dei & euangelicæ legis obſeruatio: non diuitiis non potentia intendēdum eſt. Regnū dei æſtimationem non habet: quantū exhibere potes: tanto emitur. Non opus eſt ſanitate: non liberis: non clientibus: non amicis: ſed dei gratia & virtute conandum eſt: vtrumqꝫ a noſtro pēdet arbitrio: licet enī ſine dei munere: neqꝫ virtus: neqꝫ gratia haberi poſſit: tamē vtrumqꝫ ideo noſtræ eſt voluntatis: quia deus bonorū ſuorum liberalis ac magnificus diſpenſator: tantum tribuit: q̄tum eſt quiſqꝫ paratus accipere: ſtat.n. chriſtus ad hoſtium & pulſat: ad aperientem intrat: cum eo aſſidue epulatur & habitat. Neqꝫ ſtoici igitur cū duce ſuo zenone: neqꝫ peripatetici cum duce ariſtotele recte de felicitate ſenſerunt. Illi enim in virtute ſola. iſti in operatione virtutis eam collocant. Sed nos a deo illuminati & edocti virtuti operationiqꝫ virtutum ſuperaddimꝰ gratiam. Hæc ſi conſequi potes (potes autē ſi vis) licet amicis priueris: licet ſumma premaris inopia: licet cum Iob in ſordibus iaceas: licet īſanabili morbo tenearis: felicitatem tamen habes. non illam quam Sardanapallus vir muliere corruptior: nō eam quam Crœſus & Attalus: non illam quam Salomon habuit dum corrupte

vixit:ſed eam quam paulus:quā petrus:& alii habue=
runt.qui in tentationibus cum chriſto permanſerunt:
ſed tandem poſtremo loco audi teſtimonium chriſti:
quo nullum maius excogitari poteſt:vidi vbi nā chriſti
iudicio /præſētis vitæ beatitudo ſit poſita:beati inquit
eritis:cum vos oderint homines:& exprobrauerint:ac
eiecerint nomen veſtrum tanꝙ malum propter filiū ho
minis.gaudete & exultate.ecce enim merces veſtra co/
pioſa eſt in cœlo.

De Syntereſi:ratione:& conſcientia. Cap.xiiii.

PVlſatio chriſti de qua dicitur:ego ſto ad hoſtiuꝫ
& pulſo:nunꝙ intermittitur.die noctuqꝫ perſtre
pit.domus eſt anima.hoſtium volūtas:tres quibus fit
pulſatio:ſunt mallei:ſynterefis:ratio : & conſcientia .
Synterefis eſt animæ generale iudicium:quo quid agē
dum ſit naturaliter in genere cognoſcit.vt ꝙ colendus
eſt deus:ꝙ pater honorandus:ꝙ ſubueniendum miſe=
ris.ꝙ ſemper in cōmune bonum aliquid conferendum
ꝙ humana ſocietas eſt ſeruanda.hæc animi virtus:qa
nunꝙ corrumpitur: συντήρησισ hoc eſt cōſeruatio di/
citur a græcis.Ratio ad ſingula deſcendens ſubiungit:
hunc eſſe deum.hunc eſſe patrem:hunc eſſe miſerum:
Conſcientia ad opus properans.hunc igitur colendū:
hunc honorandum:huic ſubueniēdum eſſe concludit.
Diſcurſus iſte cōſilium eſt:quod intellectus operatōne
perficitur:& ex his colligitur ſyllogiſmus : qui a praxi
hoc eſt ab operatione practicus dicitur.Ad primam
vim nullo nobis opus præceptore . Lumen eſt perpe=

perpetuum naturali luce ſemper illuſtre: ſemper clarū. nec extingui poteſt: nec abſcondi: Hoc enim eſt lumē de quo in pſalmo dicitur. Signatuꝫ eſt ſuper nos lumē vultus tui domine: Ad rationem multum curæ: multū operæ impendēdum. falli namq; facillime poteſt. & ea decepta conſcientiam quæ ſequitur labi decipi & errare neceſſe eſt. Intellectus igitur triplex eſt malleus quo ianua. i. voluntas pulſatur: nam ad intellectum tria illa pertinent: pulſator eſt deus: pulſat autem vt aperiatur apertio eſt electio: hoc eſt conſultationi quæ præceſſit conſentaneus voluntatis aſſenſus. ſi quod conſcientia dictat eligitur: patefactæ ſūt ianuæ. & ingrediēte deo fit ſalus animæ. Recta voluntatis electio domus ē apertio. gratiæ infuſio dei eſt introitus: de hac dei pulſatione Paulus ad philippenſes capite ſecundo. Deus eſt inquit qui operatur in nobis & velle & perficere ꝓ bona voluntate ſcilicet ſua.

Quod ſine dei cuſtodia fruſtra laborat humana prudentia. Caput. ix.

AT dicet quiſpiam dum me infirmitas reddit inutilem: quis familiæ aderit? quis domum: quis villā curabit? quis liberorum neceſſitati occurret? Didicim⁹ adhuc pueri verſus illos Maronis in georgicis: Vidi lecta diu ac multo ſpectata labore. Degenerare tamē ni vis humana quotānis. Maximima queq; manu legeret ſic omnia fatis in peius ruere. ac retro ſublapſa referri: Reſpondebo ad hæc ſic breuiter: vt reſponſiōe nō grauem: ſic prolixe vt voto ſatiſfaciā: ille cuſtodiet qui ſp cuſtodit. At quid dicit propheta. Niſi dominus cuſto

dierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam: Niſi dominus ædificauerit domum: inuanum laborant qui ædificant eã. An putas tibi filiorum tuorum maiorem curam eſſe q̃ deo. Sed vide apud Ieſaiã capite. xlvi. Quanta nos charitate ſuſcipiat. q̃nta errores noſtros patientia ferat: quanta nos fide cuſtodiat. ait eni vſq; ad ſenectã ego ipſe: & vſq; ad canos: ego portabo: ego feci: ego feram: ego portabo & ſaluabo: Quomodo fieri poteſt: vt ſit in alicuius corde tanta duricies: quã diuinæ dignationis ſermo tam pius emollire non poſſit? Quis eſt aio tam ſtupido: qui audita per os tanti prophetæ diuinæ pietatis redundantia tanta non putet ei ſuarũ rerũ curam eſſe? Nõ ſperet ſe mortuo familiam regi? At dices experimento didici eas familias peſſum ire q̃s nullus pater curat: nullus tutor regit: nullus œconomus adminiſtrat. At ego quoq; experimento didici multas familias: quibus aderant cuſtodes: amici: curatores: peſſum iſſe: interiiſſe: & euanuiſſe. Vbi Priami domus: quæ tum cum maxime viris opibuſq; pollebat igni ferroq; conſũpta eſt. Vbi Neronis familia: quæ tũ cũ cœlos tãgebat a fundamẽtis ẽ eruta: Vbi longobardorũ & gothoꝝ principatus. q poſtq̃ per oẽm fere italiã radices miſerat repẽte conuulſus eſt? Vbi carhago. Vbi corinthus. Vbi numãtia. Vbi vetus illa hieruſalẽ. Vbi romæ gloria? Perierunt. in cinerẽ lutũq; conuerſæ ſunt. non quia defenſoribus carerent: ſed quoniã deꝰ cuſtodire ceſſauit. Hector apud Maronẽ inquit. Si pgama dextra defendi poſſent: ẽt hac defenſa fuiſſent: At cõtra: qs Romulũ & Remũ infãtes: nudos feris expoſitos: oĩ humana ope deſtitutos ſeruauit ĩter lupos?

Quis hiſpanorũ ducẽ abidem ad feras ꝓiectum. Quis Cyro infanti quẽ poſtea Perſaꝝ regem effectum xp̄m ſuũ deus vocat: nutricẽ canẽ dedit. Quis iſtos cuſtodiuit: nutriuit: & aluit. Quis moyſem fiſcella incluſuꝫ: in alga iacantẽ fluminis aluuioni expoſitũ liberauit. Quis petrũ a fluctibus aſſumptũ ne mergeretᷣ erexit? Quis ẽ ergo q̲ facit hæc? Nẽpe ille q̲ facit oĩa: Et dices: ceſſabimus ergo nos? ignaui iacebimꝰ? faciet ille oĩa? Ne ſic dixeris. Audi q̲d ſup̲ hoc gregorius ſẽtiat. eiꝰ hæc verba ſunt de deo loquẽtis. licet. n. oĩm bonorũ ſit ip̄e largitor: fructum tñ noſtræ quærit induſtriæ: finge liberis tuis eſſe nutricẽ: quæ morbo cõfecta ac iam moritura filioꝝ tuoꝝ vicẽ ingemiſcens pñte te clamet. Quis dulciſſimi infantes deiceps me vita fũcta vos paſcet? Quis veſtiet? Quis educabit: & reget? Tu pater q̲ hæc audis nõne lamẽtationes has & vanas & ſup̲uacaneas dices? Nõne rectius loqueretᷣ ſi diceret: Deinceps vobis pueri meliꝰ erit. quoniã me abeũte ſub paterna diſciplina futuri eſtis: Hactenus viuẽte me parẽtes q̲a vos mihi crediderãt: forte negligẽtius vos habuerũt: at cũ abiero: ip̄i oneri & curæ ſuccedent: recta hæc cogitatio ſermoq; fidelis. Sic ꝓcul dubio nobis accidit Catole antoni vir optĩe. Deus nobis pater eſt: longe plus nos amat ſapiẽtius gubernat. q̄ nos ipſi nos. Sed noſtra temeritas finẽ nõ habet. fides noſtra cœca eſt. ſpes nr̄a ſpiritu carens tanq̄ follis ſine vento iacet: fruſtra ergo dictum eſt. iacta in domino curam tuã: & ip̄e te enutriet. Ergo tam ſurdi erimus: vt nõ audiamus dominũ ad nos ex euangelio Mathæi clamantẽ. Conſiderate lilia agri q̄ non laborant neq; nent. Nolite ſoliciti eſſe dicẽtes: q̲d

mãducabimus. aut quid bibemus: aut quo operiemur. Nolite in craſtinum ſoliciti eſſe: ſufficit diei malicia ſua hoc eſt anxietas & ſolicitudo. Quærite primum regnũ dei: & iuſticiam eius. & hæc omnia adiicientur vobis.

Cur bonis mala eueniant phõrum opinio. Cap. x.

PLatonici quidam (in quorum catalogo Plotinus eſt) cur boni flagellentur a deo cãm inqrentes ad Pythagoræ Paligeneſiã recurrerunt. qui ab aliquo dæmone perſuaſus ſe aliqñ euphorbum. aliqñ pauonem fuiſſe putauerat. Exiſtimauerunt ergo animas pluries in corporibus fuiſſe: & pro vnius vitæ meritis premia ĩ alia vita recipere: & ſic fieri vt quæ vni corpori iuncta peccauerint: in alterius coniunctione plectantur: atq; ita iuſte potuit pro euphorbi ſcelere pati Pythagoras: ſed longe nobis aliena mens eſt: Palingeneſiã catholica non audit eccleſia. preter eam de qua chriſtus dixit oportet vos naſci denuo. quod dictum admiratus Nicodemus prĩceps phariſeorum. Quomõ inquit poteſt homo naſci: cum ſit ſenex Sed de hac modo nõ eſt ſermo. Aſtronomi cœlo imputãt. vnde de. Mar. Manli⁹ in quarto aſtronomicon libro inquit.

Fata regunt orbem: certa ſtant omnia lege.
Longaq; per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur: finiſq; ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt. & ſæpius orta
Paupertas: arteſq; datæ. moreſq; creati.
Et vitia. & clades. damna. & compendia vitæ
Vulgarĩ & ſupſtitioſa gẽtilitas nũina q̃dã aduerſa eſſe

credidit: qbus infeſtandi hoĩes libido inſit. & ea eſſe q̃ Virgilius læua appellauit. his nõ cõtradicimus. ſed ad orthodoxæ fidei regulã reducentes læua hæc numina dæmonæs nominamus nocẽdi auidos ac nobis infenſos: & ideo numina dici poſſunt ꝙ habẽt voluntatẽ ac poteſtatẽ. Numẽ. n. vtrũq; ſignificat Sed ipſos cũ ſtellis & cauſis oĩbus quas ſecũdas dicũt ſub arbitrio cõis dei optimi maximi credimus cõtineri. qđ & ſancti iob teſtat̃ hiſtoria. illic nãq; dicit̃ poteſtatẽ tẽtãdi a deo datã. nec prius auſũ fuiſſe diabolũ niſi quando & q̃tenus accepit a deo.

Sex cauſæ flagellorum noſtrorum. Cap. xi.

BEatorũ vero patrum q deo inſpirãte locuti ſunt ſnĩa eſt. q̃ttuor de cauſis fieri: vt hoies vitæ hui⁹ anguſtiis preſſi multipliciter flagellent̃ a deo. Ego aũt ſex & amplius cauſas eſſe cõperio quod ſacræ ſcripturę teſtimoniis conſtat. Quidã nãq; flagellant̃ a deo vt flagitioſæ vitæ maculas pœnitentia deleãt. peccatũ enim qđ prudẽtia nõ cauet: pœnitẽtia delet. Et ipa vt ſancti docẽt ſecũda poſt naufragiũ eſt tabula. Nam cũ ſtati baptizati matris eccleſiæ ſinũ ĩgredimur: q̃ nos ad cœli portũ vehat: nauẽ intram⁹: ecclĩa nãq; nauis ẽ Petri Sed ſi furẽtibus tentationũ ꝓcellis innocẽtiæ carina ſoluta ſit. Corripienda eſt pœnitẽtiæ tabula. Cui ꝑ vndoſum ſęculi fretũ innitẽtes & ſi nõ ſicci: viui tñ feramur ad littus. peccati aũt remiſſionẽ littus voco. Sed quoniã in his naufragiis quidã vſq; adeo ſtulti ſunt: vt neq; ſalutari curẽt: deus optim⁹ ac piiſſimus nauarchus eos vt tabulam hanc capiant verberibus excitat: negligẽ-

tiam increpat: ſomnolentiam diſcutit: & lethargicam ignauiam ſtudet paſtor bonus flagris abigere. hāc ob= rem populus hebræus miſſus eſt in captiuitatem toti= ens. totiens incola fuit in terra aliena: & in ægypto ſub pharaonibus: & in Babylonia ſub Aſſyriorū regibus: vt tot incōmodorum malleis attriti: & pœnitentiæ ſco bina ac lima expoſiti ſordere deſinerent. Quod vt ita eſſe comperias lege iudith hiſtoriam: vide quid Achi= or dux amonitarum holophemi de iudæorum gente conſultanti reſponderit. Dixit namq; quotienſcunq; preter ip̄m deum ſuum alterum coluerunt dati ſunt in predam: in gladium & in opprobrium: quotienſcunq; autẽ pœnituit eos receſſiſſe a cultura dei ſui: dedit eis deus cœli virtutem reſiſtendi. Ecce quo pacto alienige naruẽ quoq; teſtimonio (erat enim achior alienigena) flagellat hominem deus: vt ad pœnitentiam adducat Nec deſunt ad hoc teſtimonia ex Maccabæoruẽ libro quem ioſephus is qui antiquitates edidit conſcripſiſſe dicitur. ait enim. Obſecro autem eos: qui hūc librum lecturi ſunt ne abhorreſcāt ꝑpter aduerſos caſus. Sed reputēt ea q̄ acciderūt nō ad interitū: ſed ad correctio nē eē generis nr̄i: &. n. multo tp̄e nō ſinere peccatores ex ſn̄ia agere. ſed ſtatim vltiones adhibere: magni bn̄= ficii eſt indiciū: hæc ille: Legimus attilā hunnorū re gē crudeliſſimū cū tātis cladibus vaſtaret italiā dixiſſe: ſe (q̄ re vera erat) flagellū dei eē. legimus & in recentiori= bus hiſtoriis Tamerlanē tartarorū (q ſcythæ ſūt) regē cū rei bellicæ ſucceſſu inflatus Paciatē Turcorū imꝑa= torē bello captū q̄ſi ferā cauea incluſum ſecū quocūq; caſtra mouiſſet: circumferret: dicere ſolitū: ſe eſſe dei

iram: & orbis vaſtitatē. Memoria proditū eſt hānibali cū flagranti odio feſtimaret ad italos: appuiſſe in ſomnis ſerpentē horrendæ magnitudinis: q a tergo ſequēs exercitū ne mora & ſaltus ingenti fragore proſterneret quid aliud erat ſerpens ille terribilis: q̄ hannibal ipſe: cuius miniſterio volebat deus totius italiæ flagicia.

Secunda cauſa flagellorum. Cap. xii.

DEus etiam hoīes nunnū q̄ aſperius tractat: nō vt peccatorum rubiginem abſtergat: quā nō habēt ſed ne iminenti ſorde ſe inquinēt: ea diligentia in nos vſus quam nos in ſeruandis cibis adhibemus: ſolemus enim carnes quas ſumus in plures dies ſeruaturi: aut ſale pfundere: aut aceto īmergere: aut frigidiſſimo in loco ſuſpendere. Solebāt etiam antiqui mortuoꝝ corpora myrrha perungere: quoniā his omnibus contra putrefactionem virtus ineſt. Sic nimirum flagella diuina contra futuram culpam ſingulari ſolent eſſe remedia. Hinc paulus: & ne magnitudo inquit reuelatōnum extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ ſpiritus ſathanæ qui me colaphizet. legiſſe me memini: locum non memini: quendam virum ſanctiſſimum a dæmonio qđ ſuis tunc meritis ab energuminio quodam expulerat fuiſſe arreptum. & id pro remedio factū a deo: ne. ſ. tantæ gratiæ miraculo elatus gratiæ ſtatum amitteret: quem habebat.

Tertia cauſa flagellorum. Cap̄. xiii.

SAepe numero. Deus pfectui noſtro ſp intentus ſicut aquila puocans pullos ad volandum vt nos

altius prouehat: terrenis voluptatibus priuat: ſic fit vt mens quæ in his humilibus terræ bonis cibū non inuenit: ſublimius vt paſcatur: aſcēdit. & hæc cum pleriſq; aliis ſanctorum: tum precipue diuo hieronymo ad perfectionē via fuit Hieronymus: n. dū intēpeſta nocte ad pſalmodiā de more cōſurgeret muliebrē veſtem ab æmulis clam ſuppoſitā: nihil tale ſuſpicatus: induitur. & in eo habitu dum ſtrēnuus chriſti miles in eccleſiam ſine mora ſe proripit: chorum cantantiū ingreſſus patuit contumeliæ non vulgari. non tñ animo fractus nec victus a malo ſed vincens in bono malū: Sapientia. n. vincit maliciā: cū ſancto iacob ceſſit ire ceſſitiſidiis. hierosolymā ꝑrexit eremū incoluit. teſtamenta tranſtulit & mirabilis vitæ ſanctitate clarus nonagenarius obiit. Sic & nos ſolemus aliqñ euntē equū calcaribus: vt celerius gradiatur vrgere: de hoc aūt tentatiōis genere gregorius in Ezechielē loquens ait. Quod flagellū grano qđ fornax auro: qđ lima ferro: hoc facit tribulatio viro iuſto: itē ꝑcutimur ī via: ne viā ꝓ patria diligamus. Et iterū: tolerādi ergo vbiq; ſūt ꝓximi: quia Abel fieri non pōt: quem Chaim malicia non exercet.

Quarta cauſa flagellorum. Cap. xiiii.

DAtur ēt bonis aduerſitas: vt a d alioꝝ ꝓfectū per eas tanq̄ ꝑ indicē magis eoꝝ pateſcat integritas Ad quod oſtendendū duorū hominū clariſſima ꝓferētur exempla. Habrahā. ſ. & iob eius conſanguinei: nā ſecundum Hieronymum in quæſtionibus hebraicis a Nachor frē habrahæ deſcēdiſſe iob credit. in his ergo duobus viris illuſtribus duarū virtutū maxīarū & hoī

maxime neceſſariũ exẽplar (cui te cõformari oportet) eſt poſitũ. Ad hos tãq̃ ad normã & ꝑpendiculũ reſpiciunt oẽs qui deo volunt ꝑfecte obedire: & æquo anĩo aduerſa tolerare. Stabat lachrymabũdus Habraham vnicũ p̃clari ingenii & optĩæ indolis filiũ adultũ ſibi obſequentẽ: mitẽ: innocentẽ: piũ: manſuetũ: quo amiſſo prolis alteriꝰ ſpes nulla ſuperat: ſtricto ad aras gladio confoſſurus. Credimus ne ſaxeũ pectus Habrahæ fuiſſe: putare poſſumus ſuꝑ tã elegantis formæ filiũ cũ tã patienter gladio porrigeret iugulum: paternæ pietatis viſcera nõ commota. Magna certe & pluſq̃ dici poſſit patris & filii fides fuit: fortitudo mirabilis. Conſtantia pluſq̃ humana: patiẽtia ſingularis & inaudita: hoc ſpectaculo delectatus deus totã eoruꝫ poſteritatẽ vſq; ad aduentũ chriſti peculiari ſp cura tutatus eſt. Iobꝟo patientia facta eſt miſeris & ærumnoſis cõmune refugiũ: & magiſterium vniuerſale dolentium in eo tamq̃ in cebetis tabula deſcribuntur vitæ noſtræ caſus: & quomodo ferendum ſit vnumquodq; aduerſitatis genus oſtẽditur: Et ſunt qui putent librum illum non hiſtoriam veram continere: ſed parabolam eſſe & quaſi figmentum quoddam pœticum: eorſum inuentum: vt legentes tolerantiæ leges & iura perdiſcerent. ſed reuera geſta res fuit. ita nos ſentire cogit venerãda autoritas ſãctorum patrum: & in primis Hieronymi: qui iob poſt Moyſẽ & ꝓphetas omnibus hagiographis anꝑonunt: ipſe ĩ tota libri ſui ſerie nil aliud conat̃ oñdere: q̃ hoĩes nõ ſp ſuis meritis. ſed ẽt ſecreto dei iudicio aliquando & ꝗ ſine culpa: non tñ ſine cã flagellari a deo. cõtra q̃d amici eius probare nituntur plecti nõ debere hoĩem in

nocentem: & eum qui a deo flagellatur: de precedenti culpa ex pœna redargui: qui ſenſus cũ refragetur fidei orthodoxæ: erit a nobis tanq̃ quidam ſcopulus euitandus. hæc autem omnia ad diſciplinam noſtram ſunt facta & ſcripta: ſicut in littoralibus quas pharos vocant turribus nocturnæ lampades accenduntur: vt portum nautis tempeſtate iactatis a longe oſtendant.

Quinta cauſa flagellorum. Cap. xi.

NOn nunq̃ ad ſolam dei gloriam percuti homines ſaluator oſtendit: cum diſcipulis interrogãtibus ſuone/ an parentum merito factum eſſet: vt quidã cœcus natus eſſet. Reſpondit eam cœcitatem: neq; ipſum cœcum neq; parentes peccando meruiſſe: ſed vt in manifeſto & irreparabili naturæ defectu ars & virtus diuina luceſceret: ſicut cum percutitur animal quodpiã vt medici virtus & medicinæ agnoſcatur effectꝰ. Sanctiſſimum igitur iob imitatus: cum ruit in te doloris acerbitas: conuerſis in cœlum oculis dicas: Manus tuæ dñe fecerunt me & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repente precipitas me? memẽto quæſo q; ſicut lutũ feceris me: nonne ſicut lac mulſiſti me? & ſicut caſeum me coagulaſti. Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me: vitam & miſericordiam tribuiſti mihi. & viſitatõ tua cuſtodiuit ſpiritum meum. hæc & his ſimilia q̃ plurima quæ in eo reperies: in doloribus repetẽs/ leuamen accipies. & quaſi iob ſocium habeas in pœnis minus (morbo tanq̃ ĩ plures diuiſo) grauaberis. Et memẽto ſemper mortalis vitæ quoniam breuis eſt: bona & mala cito preterire: & ideo cum iob cãtato

homo natus de muliere breui viuens tpe repletur mul=
tis miſeriis: qui quaſi flos egreditur: & conteritur: & fu
git velut vmbra: & nunq̃ in eodem ſtatu permanet: &
iterum illud: dies mei tranſierunt: cogitatiões meæ diſ/
ſipatæ ſunt: noctem verterunt in diem: quia me inſom/
nem fecerunt: & rurſum poſt tenebras: ſp ero lucem. &
item illud. nunquid non paucitas dierum meorum fini
etur breui. Dimitte ergo me: vt plangam paululum do
lorem meum: anteq̃ vadam & non reuertar ad terram
tenebroſam: & opertã mortis caligine. & ſĩr̃iter illud:
ſpiritus meus attenuabit̃: dies m ei breuiabũtur: & ſolũ
mihi ſupeſt ſepulchrũ. Hæc aſſidue in lãgore cãtanda
ſunt. tum vero pacatis doloribus vbi quietum datur in
terſticiũ: hæc iterũ ſcrutanda: adhibitis cõmentariis &
pacis tpe ea parãda quæ poſſint bello ingruẽte pdeſſe

Sexta cauſa flagellorum. Caput. xiij.

QVoſdã aliqñ deus exaſperat vt in conſũmatã eo
rũ nequiciã pœnis æternis ſæuire incipiat. ex his
fuit ille ipi⁹ Herodes ſcd̃s: q poſtq̃ vt placeret iudæis
Iacobũ iterfecit: cum pateretur deũ ſevocari: mox ira
dei cõprehenſus eſt. & in vltionẽ tantæ impietatis ver/
mibus cœpit toto corpore repente ſcatere: ventris do=
loribus cõcuti: dyſenteria torqueri: & viuus adhuc po/
culo amaritudinis libabat primitias perditionis. Pila=
tus quoq; in chriſtum peruerſo vſus iudicio: eo tandeʒ
deuenit miſeriaꝝ: vt ſibi ipſi manũ itulerit: Iudæ Iſca
riotis exitum deteſtabilem facinoroſæ conſentaneum
vitæ nemo eſt q ignoret: Iulianus apoſtata homo ne=
q̃: ac peſſimus imperator: qui chriſtũ ieſũ in deriſionẽ

galılæum: & fabri filiũ appellabat: pſico bello ſagitta tranſixus dũ expiraret clamare coactus eſt. viciſti gali leæ: viciſti: hos igitur non vt ſanaret verum vt puniret. Deus non medici amplius beneficio: ſed iuſti iudicis pcuſſit officio: His ergo atq; aliis iuſtiſſimis de cãis deus nos tentat, ad peccandũ aũt neminẽ tentat. qa vt iaco bus inquit deus intentator maloruʒ eſt: ſed cũ quis ad peccandũ inducitur nunq̃ tentari ſe a deo cauſet. nã ſic vnuſq́ſq; aut a cõcupiſcentia ſua: aut ab hũani generis hoſte tentat̃ quãto vero tẽpamento cõdita ſit: & q̃ mi nime noxia: imo q̃ vtilis & lucroſa dei tẽtatio mõſtrat̃ cũ ad diabolũ de iob dicit̃. verũtamẽ aĩam illius ſerua Tuũ igitur fuerit o carole antoni cur a deo tenteris ad= uertere. tibi namq; ſoli inter hoĩes & vitæ tuæ & cordis arcana ſunt cognita. Deus tñ qui rebus oĩbus eſt inti= mus: qui fixit oculũ. q plãtauit aurẽ. q totus eſt ſenſus nunq̃ ab opatione deficiẽs nõ ſolũ qd egeris videt: ſed etiã qd acturus ſis. &' quorſum tuus vergat appetitus. Et ſicut ſapiẽs architectus: q a ſe cõſtructæ domus ag/ noſcens viciũ/ aliis etiã dño domus abſconditũ fulcra ſupponit anq̃ ruat. & qđ architectus in ope corporeo hoc deus in aĩ fecit ædificio. Nã vt id poſſit oĩpotẽtia dedit. & vt velit/charitas fecit. ſi peccatʒ ſimplicit⁹ hoc meruiſti: gaude qa ſolueris a diabolo: ſi ñ meritis: ma= gis gaude qa hoc qđ ſuſtines apponit̃ lucro: ſed ea mľ to mitiora ſunt tormẽta. quæ nõ ſunt ſolida & cõtinua ſed dato ad qetẽ ſpacio reuertũt̃. ppea dixit Iob vſq; quo ñ pcis mihi nec dimittis me vt glutiã ſaliuã meã.

Quod virtus quæ bonum virum facit incrementum accipit ab aduerſis. Cap. xiiii.

Velim hoc loco audire nō pigeat: & qui ſint in pa
tiētia fructus aliquantiſper mecum perſcrutari/
quid eſt ꝙ homines in primis non cordati tantū verū
etiam rudes & plæbei mirantur & laudāt. virtus nēpe
Nam inter terrena bona nihil eſt certe virtute præſtā=
tius immo terrena bona ſic precellit: tāto interuallo an
tegreditur vt cœleſtibus bonis conferatur. hinc illud ſa
tyrici. Fgregiū ſanctumqꝫ virum ſi cerno: bimēbri hoc
monſtrum puero: aut admiranti ſub aratro piſcibus in'
uentis: aut fœtæ compo mulæ. At quia virtutū quedā
ad intellectum pertinent: vt prudentia. ſcientiæ. & ar=
tes liberales: ac mœchanicæ: quædam ad appetitum:
vt iuſtitia: temperantia: fortitudo: dic iudicio tuo: quę
nam iſtarum preferuntur: & preſtant? certe quæ intel=
lectus ſunt bonis ac malis cōmunes ſunt. Videmus enī
aliquando morum corruptiſſimorum hominē preſta=
re ingenio: liberalium artium locos callere: legum æni=
gmata & nodos ſcire naturales & theologicas queſtio
nes ſoluere: de omnibus ita diſſerere vt deum credas.
Sunt nāqꝫ artes & ſcientiæ gratiæ (vt aiunt) gratis date
bonis & malis expoſitæ: ſuapte natura quidem hono=
rabiles (vt Ariſtoteles inquit ī libro de anima) ſed vſū
malum admittentes: & propterea nonnunq̄ habēti no
xiæ: non habenti vtiles. multi enim diſciplinis imbuti:
ſed male vtentes tanto magis pernitioſi ſūt: q̄to ad no
cendum veniūt magis armati: at iuſticiā: temperantiā
charitatē: modeſtiam: patientiam: & id genus alia nō
niſi ī bonis videmus: neqꝫ eis quiſq̄ abuti poteſt. Hn̄t
enim iſtæ virtutes ſanctiſſimę propriā & indiſſolubilē
bonitatem: quā eis quibuſcum habitant largiuntur. &

ipſarum natura eſt bonos efficere: Apulei ſententia ē: nihil eſſe deo ſimilius: q̄ vir animo perfecte bonus. id aūt maxime preſtant hæ virtutes quas morales vocāt: ſententia eſt Ariſtotelis & eam omnium confirmat opinio: per virtutes intellectuales bonum quidem nō ſimpliciter: ſed ſecundū quid dici: vnde & qui grāmaticā habet: non bonū ſimpliciter dicis: ſed cū addito bonū grāmaticū: ſicut & qui caute furari ſciat: bonū furem: at qui iuſticiam ac temperantiam habeat. quæ ſunt in appetitu: bonū ſine addito & ſimpliciter dicimus. His ergo virtutibus tanq̄ ſolidis quibuſdam clauis & firmis adminiculis naturā fragilem deus fulciuit: vt morū bonitatem q̄ ſecum non attulit: hauriret ab eis. Sed neq; ipſas virtutes natura produxit. Ariſtoteles enim ait in ethicis: neq; a natura: neq; præter naturam ineſſe virtutes: eſſe nos quidem natura aptos: perfici autē per exercitium: id Ariſtotelis dictū genus omne virtutis amplectitur. exercitio enim omnes parantur. At de his peculiariter quæ in appetitu ſunt in pſalmo cātatur. ibūt de virtute in virtutem: & videbitur deus deorū in ſyon proprium iſtarum eſt in deum ducere: deum oſtēdere deo coniungere. At quæ in intellectu ſunt: naturalem impotentiam ad hoc habent: Et hinc argumentū trahunt: qui in certaminibus ſcholaſticis ſumunt patrocinium voluntatis. ſunt enim in anima duo duarum capita factionum: intellectus. ſ. & voluntas: quibus de p̄ſidentia certamen antiquum eſt. Quoniā ergo hæ virtutes quæ aliis prſident in infirmitate corporis maxime pollent: dicente apoſtolo: Virtus in infirmitate p̄ficitur: fit vt deſiderabilis ſit morbus: quo cū apoſtolo

dicere poſſumus: cum infirmor: tunc fortior ſum. & iterum Libēter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me gratia chriſti. Suſcipiendus ergo gratanter eſt morbus: in quo eſt occaſio tanti profectus: in quo ē promerendi tanta oportunitas: tantus vſus: tanta cōmoditas. Vnde in pſalmo legitur. Multiplicatæ ſunt īfirmitates eorum: poſtea accelerauerūt. Quid eſt poſtea accelerauerunt: niſi ad deum celeriter cucurrerunt? Eſt ergo infirmitas homini: q̄d calcar equo: q̄d ſtimulus boui: q̄d remus naui: Nobis vt plurimū accidit: q̄d & iumentis: iumenta cum in via cibum reperiunt voluptate pellecta trahere deſinūt: & paſcui tam diu inhærent: q̄diu bubulci ſtigma non ſentiunt: tum demū accelerant cum verberantur: tum viæ accingunt: tum itineri inſtāt: cū nihil quod delectet occurrit. Nam dum non niſi in termino quietem expectant: greſſu citatiore deſudāt. at qui ſæpius in via quod tardat: offendit: ad viæ finem ſerius pertīgit. Heu quot inuenies q̄diu mundi blanditiis quaſi ſirenū cantibus detenti tūc tandem ire incipiunt: cum iam mortis nocte ingruente vita inuita venit ad veſperā. Iſti poſtq̄ totum vitę tēpus quod dei beneficio ad beneuiuendum acceperant: per ignauiam & ſecordiam effluxit. dum fruſtra vixiſſe ſe vident: mœrore tabeſcunt: in deſperationem cadunt: ſubmerguntur. & pereunt.

Quod proſperitas ſit inimica virtuti cum declaratione dextræ & ſiniſtræ partis in cœlo: pro Ariſtotele contra Pythagoram. Cap. xviii.

MAaior mortaliū pars cum corpore recte valet: mente ægrotat: cum ſucci & ſpirituū plena ſūt

membra: mens deo vacua friget & torpet. dum ſenſuũ viuacitas in terra ſe paſcit ægræ conſcientiæ deus nõ ſapit: dum appetitui voluntas inhæret: ratõ ebetata deũ non videt. dum homo dei muneribus abutitur iumentis inſipientibus cõparatur. Propterea in pſalmo dicit: impinguatus: dilatatus: incraſſatus: & recalcitrauit. immoderata namq; proſperitas vitæ laſciuiẽti præbet audaciam. piſciculus quidam marinus ꝙ naues teneat vocatus Echeneis (qui prætoriam Antonii nauem bello actiaco fecit ĩmobilem) proſperitatis naturam oſtẽdit. hac enim ſicut illo naues: magna virorum ingenia ne in portum ſalutis per viam virtutis veniant retardantur. Ratione colligimus: in hiſtoriis legimus: experimento videmus: cum maiore morum periculo nauigari mũdo trãquillo q̃ tempeſtuoſo. Ideoq; in pſalmo dicitur. Cadent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis: eo ꝙ dicũtur a dextris decem milia cadere: & a latere tantum mille latus pro ſiniſtro accipitur: ac ſi dicat Moyſes cui hebræi pſalmum attribuunt: homini vtriq; caſura pericula: ſed a dextris longe plura. Sicut enim teſte Ariſtotele in libro de cœlo & mundo. Ante vocatur qua ſenſus vigent. retro: quod e regione eſt. Surſum quod longitudinis eſt caput. ei vero oppoſitum deorſum. ſic qua motus incipit dextrum: & quod ab eo diuerſum eſt: ſiniſtrum appellatur. Vnde ipſe Ariſtoteles contra Pythagoricos dextram mundi dat orienti: ſiniſtram occaſui. ſurſum auſtro. deorſum Boreæ. ante huic noſtro hemiſphærio: alteri retro. hæc autẽ tetigimus: vt ꝑ latus oſtẽdamus læuũ intelligi. Sed in myſtica interpretatione q̃ cũ oĩbus ſacris ſcripturis: tũ maxi

me Moyſi cõuenit. per dextram proſperitas : ꝑ læuam vero ſignatur aduerſitas. pro millibus ergo periculorũ quæ nobis per viam morum eũtibus offert aduerſitas decem milia dabit proſperitas: Exemplum ex vita Dauid accipito: qui q̃diu perſequẽtibus hoſtibus bello attritus eſt: ſanctimoniam tenuit. At vbi conſecutus eſt pacem: & ocium: factus eſt mœchus & adulter: & qđ longe peius eſt: homicida: In agro ꝓſperitatis hęc pullulant: quæ breuiter ioannes enumerat: concupiſcẽtia carnis & oculorum. ac ſuperbia vitæ. Sed ĩ agro aduerſitatis ſuccreſcunt triſticiæ: dolores: & lachrymę: qbus appetitus quaſi ager pruinis aſtrictus nihil quid bonas herbas opprimat germinabit. At cum regnat laſciua ꝓſperitas: fumãt culinæ: menſæ renident: pocula ſpumant. riſus abundant. corda luxuriant. Sed dices: q d ꝓdeſt nobis probitas ad quam non mouet voluntas ſed vrget neceſſitas? Audi gregorium dicentẽ: felix neceſſitas quæ nos ad deum ire compellit. Nonne dici audiſti ſettam filum agere: ſetta eſt timor. filum ẽ charitas. cum ſeruitio dei quis aſſueuit. licet a metu inceperit formatur pedepreſſim. & breui generatur ex vi voluntas: ex timore charitas: ex ſeruitute libertas. qui ad euangelicum conuiuium intrare compulſi ſunt vt epulas guſtarunt: qui triſtes intrauerant læti diſcumbebant. O ſi aliquo dei munere talem vitam ageremus ſani: qualẽ aliquando pollicemur infirmi: quanta eſſet in mũdo trãquillitas: quanta dulcedo: quanta iucũditas. Certe nõ aureum tantum ſæculũ: ſed ætas illas floreret innocua quam primi hominis culpa deſtruxit. Omnibus enim exiſtentibus iuſtis: piis: manſuetis: & mitibus: oĩs diſ=

cordiarum fomes occideret. at ſepulta diſcordia quid ſupereſt: niſi vt ſit omnibus vna lætitia?

Quod aduerſitas tollat mortis metum. Cap. xix

EST aliud quoddam magnum: neſcio an aduerſitas: infirmitatis bonum Nam liberat nos eo quo maxime laboramus incommodo: mortis ſcilicet metu: Cuius memoria ſic amareſcit: vt etiam ſi cuncta poſſideas bona: ſi veſcaris ſemper ambroſia: quicquid guſtatur reddit amarum. At ſicut cum quis calceo nimiũ premitur: & ſi per belle ac per q̃ venuſte pedẽ veſtiat: diſcalciari optat. Sic nimirum cum quis hanc vitam experitur aduerſam: & ſine ſpe ſalutis affligitur: pro ſingulari remedio mortem expectat: & nõnunq̃ inuocat. & ꝙ ſera ſit increpat: contra ſe vrget: ſibi etiã cõſciſcit: vitæ ipſius cõtemptor & prodigus. Cato ille vir memorabilis cuius in ſeueritate & conſtantia nomen ẽ tantũ: in cæſariana tyrannide ſibi aduerſa. neſcio quid reperit: quid formidoloſæ mortis metum extinxit: idẽ antidotum contra mortis pauorem inuenerunt alii plures in aduerſis: vt Cleopatra & Demoſthenes: vt hãnibal qui quaſi remedio calamitatum vnico obuiam iuerũt fato ſuo. Vnde & ip̃e iob patientiæ exemplar: quẽ carnis infirmitas in vitæ ſatietatem adduxerat clamat dicens. Cũctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea: & iterũ. Quis det inquit vt veniat petitio mea? & quod expecto tribuat mihi deus? & qui cœpit ipſe me conterat? Felix igitur ægritudo: q̃ id a nobis aufert incõmmodũ quo quaſi abſinthio generali voluptas omnis e vita diſcedit. Gladius ille quẽ

ſupra caput Damoclis conuiuātis Dionyſius tyrānus appendi iuſſit: quid aliud notat: quā nullā relinqui cū metu mortis in vita dulcedinē?

Quod aduerſitas faciat ſeipm̄ cognoſcere. Ca.xx.

ALia in morbo latet vtilitas: quæ talis ac tanta eſt vt ex ea naſcatur felicitas. aperit enī morbus oculos ægrotanti & conſideratione reciproca ſe intuens. dum nihil videt vnde ſuperbiat: ſub potenti manu dei ſe humiliat. Xenophon autor eſt. Crœſo ditiſſimo ac fortunatiſſimo Lydorum regi Apollinem delphicū reſpōdiſſe σάυτομ γίπωσκωπ εὐλάιμωπ κροίσἐ πἐράσἐίσ hoc eſt te ipſū cognoſcens. Felix Crœſe eris. hæc vox licet a mendace imo a mendacii patre prodierit. adeo tamen vera eſt: vt per eam crediderit ſuæ falſitati poſſe veritatis vultum induci. diabolus namq; ex paucis veris quæ loquitur ſuo mendacio velamen obtendit. & falſis vera quaſi mucronem haſtæ prefigit. vnde & lactantius inquit. venena non dantur niſi melle circum lita: & mala non nocent: niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum. Vera igitur illa vox eſt. Te ipſum cognoſcens felix Crœſe eris. Nam cum quis ſe diligenter explorat. & quid ac quanti ſit extimat. Continuo ad deum cum iob clamat. contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam: & ſtipulam ſiccam perſequeris. & ego quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi veſtimentum quod comeditur a tinea: & illud. breues dies hominis ſunt. numerus menſium eius apud te eſt. Cōſtituiſti terminos eius: qui preteriri non poterūt. & itē

illud. Si ſuſtinuero id eſt etiam ſi patienter omnia tule ro: infernus domus mea eſt. hoc eſt in ſepulchrum itu/ rus ſum. Moritur enĩ iuſtus pariter & iniuſtus. & in pul uerem redit omnis caro. Et profecto cum ſancto Iob dicere poſſumus: comparatus ſum luto: aſſimilatus ſũ fauillæ & cineri. Nam & in pſalmo dicitur. Recorda= tus eſt quoniam puluis ſumus. homo ſicut fœnũ. dies eius tamq̃ flos agri: ſic efflorebit. Quoniam ſpiritus id eſt anima pertranſibit in illo: & non ſubſiſtet. & non co gnoſcet amplius locũ ſuũ. Nam per mortem ſic de lo= cis ac domibus noſtris eiicimur. vt quia nunq̃ amplius redimus: ea ignorare videamur: & in alio pſalmo. Re= linquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eoꝝ domus illorũ in æternũ. & in alio. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tamq̃ nihilũ ante te. Ve= rumtamen vniuerſa vanitas onmis homo viuens. oĩa namq; quæ in hac vita poſſidentur vana ſunt. & omĩs homo viuens vanus eſt. Subditur enim theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea: & Iacobus apoſtolus inq̃t Quæ eſt enĩ vita noſtra? vapor eſt ad modicũ apparẽs in duorũ primorũ fratrũ nominibus monſtrata eſt to= tius poſteritatis futura conditio. Chaim enĩ interpre= tatur poſſeſſio: vel lamẽtatio: Abel vero vanitas vel lu ctus. Quid his appellationibus oſtendit̃: niſi poſſeſſio nibus hoĩm lamẽta cõiungi: & oĩa cũ luctu & vanitate collabi: itẽ in pſalmo dicit̃. Quoniã oẽs dies noſtri de= fecerũt: & in ira tua defecimus: ſequit̃: Anni nr̃i hoc ẽ vitæ curſus: ſicut aranea meditabunt̃. Vita. n. nr̃a du/ pliciter meditatur vt aranea: & ꝙ ſꝑ aranearum more

meditamur inſidias.quottidieq; ad opes: ad honores mille retia tendimus: & ꝙ opera noſtra ſicut aranearũ telæ fragilia modico quouis vento diſſipantur. Cũ.n. credimus in portũ noſtra traxiſſe negocia:quicq̃d diu nitendo ruderãus : leuiſſimi rumuſculi aura: & vnius verbi voce demergitur:in eodẽ pſalmo ſequitur.Dies anno rum noſtrorũ.in ipſis.ſ.diebus ſeptuaginta anni nam in vita noſtra omnino ſeptuaginta vt plurimum anni ſunt.ſi autẽ in potentatibus:hoc eſt ſi de potenti bus & corpore robuſtis loquimur:octoginta anni:ſup ple ſunt in diebus noſtris.nec huic ſententiæ contrariũ eſt quod dicitur in ieſu filio Sirach. Omnis potẽtatus vita breuis:pſalmus enĩ vt diximus de potentia corpo ris & membrorum firmitate locutus eſt.Ieſus autẽ de potentia principatus intelligit: ſequitur in pſalmo: & amplius;hoc eſt ſi diutius ſuperuiuamus.quod ſupeſt vitæ labor & dolor eſt. Hoc eſt quod pœta clariſſimus inquit.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit:ſubeunt morbi.triſtiſq; ſenectus.
Et labor:& duræ ſubit inclæmentia mortis.

Conditionẽ hanc mortalitatis noſtræ miſerrimã quã ſani corpore clauſis vt plurimũ oculis ꝑtrãſiimus: quo niã ægritudo ſemper ante conſpectũ noſtrũ & e regio ne ad oculos noſtros collocat:profecto ſanctior eſt ſa/nitate.vt pote cuius ſanctiora ſunt monita:& quæ eſt infirmo profectus occaſio.propterea dictũ in prouer=biis.Melius eſt ire ad domũ luctus:q̃ ad domũ cõuiuii

Quod aduerſitas fert auxiliũ virtuti. Cap.xxi.

SI vím & naturam virtutis inſpicimus: ſi legum & rationis memores ſumus vt debemus eſſe: ſoliciti ne libido in nobis dominetur: & vt appetitum redigamus in ordinē: aduerſitatē in primis amabimus: cuius ope (vt eſt ãndictũ) efficitur: vt ſenſus obediat rationi Eſt enī aduerſitas domitrix paſſionum: paſſionē diffinit Damaſcenus/ ꝙ ſit motus appetitiuæ virtutis ſenſibilis cũ imaginamur bonũ vel malũ. Tantam quippe imaginationi noſtræ cõſtat vim ineſſe: vt q̃ primũ boni vl̕ mali quidpiã apprehenderit fiat in appetitu tãta cõmotio: quæ totũ animalis corpus afficiat: & cor primũ. nã ſicut (ex ſententia Platonis) intelligentiæ cerebrum: & nutritiuæ epar: ſic appetitus cor eſt inſtrumētũ. Vnde in læticia hiat & aperitur. in mœrore coit & cõprimit̃. Quicq̄d ergo nos cum imaginamur delectat vel cõtriſtat: paſſio dici poteſt. quæ in parte animæ cognoſcente non eſt: Nam ipſa cognoſcendō quid cupit aſſequitur: quia pr̄æter noticiam nihil aucupatur. Appetitus aũt noticia non contentus tendit vlterius. nec quieſcit donec amatæ rei ſe cõmiſceat: infanti perſimilis qui ſedari nullo modo poteſt: donec in matris ferat̃ amplexũ. In idē redit a Cicerone data diffinitio de affectu ꝙ videlicet ſit animi & corporis ex tēpore aliqua de cauſa mutatio. vt ſunt gaudium: læticia: miſericordia: cupiditas: metus: moleſtia. Quæ mõ affectus mõ perturbationes vocantur: affectiones iſtas virtus quidē cõprimit: ſed magis aduerſitas: ꝓpterea cũ nobis hoc bello laborantibus ſuppetias venerit abigenda nõ erit ſed vt belli ſocia amplexanda.

De vitanda Nemeſi: & quid ſit ſecundum Ariſtotelem. Cap. xxii.

EſT locus q̃dam ſalebroſus & lubricus: qui q̃ periculoſus ſit hinc declarat: ꝙ Dauid in eo timuiſſe ſe dicit: & parũ defuiſſe quin ruerit. Ait nãq;: mei aũt pene moti ſunt pedes pene effuſi ſunt greſſus mei: ecce periculũ: & ſequit. Quia zelaui ſuꝑ iniquos pacẽ peccatorũ videns. Ecce locus periculi. zelamus cũ bona malis euenire dolemus: nam ζήλοσ græce dicitur iuſta ira. Inde zelotypia ideſt formę æmulatio: quã Chryſippꝰ ait eſſe animi ægritudinem inde natam ꝙ quis timeat ne cõmune fiat: quod ſibi ꝓ delitiis proprium optat: ſed ad zelum redeo. Ariſtoteles hunc affectum libro ſecundo ethicorum νέμεσιν vocat: & inter duo extrema ſicut natura virtutis eſt: collocat: hoc eſt inter inuidiam & maliuolentiam vt Argyropolus vel peruerſũ gaudium: vt tranſfert Leonardus. Eſt autẽ (vt ſcis) inuidia ex alieno bono nata triſticia. Maliuolentia vero contra inuidiam ex alieno contrahit malo læticiam: illa bonũ videt: iſta malum reſpicit. Et vtraq; contra naturã afficitur: iſta gaudio: illa mœrore: ambo ergo vicia deteſtanda. Inter iſta duo Nemeſis eſt: quæ bona peruerſorum intuita conturbatur: & non poteſt ægre non ferre: ꝙ his: qui virtutem oderunt: legem irridẽt: deum offendunt: ſit tãta felicitas vt eos adire nolit aduerſitas. Vnus ex multis proferatur Dioniſius ſyracuſanus: q locus fano Proſerpinæ ſpoliato: cũ per altum proſpero vento claſſe veheretur ridens amicis videtiſnę ait: q̃ bona nauigatio ab ipſis diis immortalibus ſacrilegis tribuatur. Quoniam igitur iuſtum videtur con

tra hos indignari. Nemeſis pro virtute ſe ingerit: quæ tamen non virtus/ſed eſt virtuti ſimilis effectus: caue ergo ne cū huiuſmodi hoībus paſſim occurris: cōſciē-tiæ tuæ nauiculam ſinas vēto temeritatis huc pelli: nā iudicia dei abyſſus multa. Optimas fruges nobis recō-dimus: viles & abiectas vel non legimus: vel ſi legimus cicuribus damus: potētia: honor: diuitiæ bona plebeia ſunt: hęc etiam hominibus: qui brutalem vitam agūt: tribuūtur. Deniq; verum eſt quod ad Falconē cū Ro-mæ eſſem ſcripſi hoc diſticho.

Plurima virtuti laus hic: at præmia nulla.
  Nam deus illius præmia ſolus habet.

Sed concedamus & hec bona ęſſe cū dei ſint: quia do-mini eſt terra & plenitudo eius. nonne poteſt deus da-re hunc denarium etiam his qui vna hora fecerūt /īmo etiam ocioſis ſicut etiā illis qui diei & æſtus pōdus por-tauerunt? Dei natura eſt eſſe beneficū. ſolē ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: medici eſt oēs curare. Nec debes ei indignari cū in plagas mali hominis bonā me delā mūdi videris: medic⁹ enī licet infirmus malus ſit: boni viri officiū facit Et queādmodū apud dialecticos ex veris & falſis verū ſequit̄: ſic apud morales circa bo-nos & malos bonū opus vertit̄. Sūt tamē nōnulli qbus tā inprudēs & pceps eſt anim⁹. os vero tā temerariū & infrene: vt cū maloꝝ pſperitatē aut audiunt aut ipi vi-dēt: deū dormire aut hūana nō curare mox blaterent: de quoꝝ errore deteſtando qd dicā ad pns: aliud non hēo: niſi illud Horatii Cœlū ipm petim⁹ ſtulticia. Ne qꝫ p nrm patimur ſcel⁹ Iracunda Iouē ponere fulmīa: & illud pſalmi Poſuerūt in cœlo os ſuū: & lingua eorū

tranſiuit in terra quod eſt vna temeritate loquendi di/
uina & humana ſimul inuolui.

De generibus filiationis cũ declaratione dicti euan/
gelici: dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ca. xxiii.

Vere pleriq; vanitatis humanæ ſtudioſi qui auto
ritatis aucupandæ gratia: filii deorũ credi volue-
runt. & in primis Alexander macedo Philippi filius. q
cũ ad templũ Iouis harenarii veniſſet ĩ libyam p̃miſſo
qui ſacerdotes ſubornaret nuncio Iouis filius voluit ſa
lutari. Sed q̃d nos ipſos decipimus dũ cupimus voca-
ri: quod non ſumus. & vt Horatius inquit. Cur ego ſi
non ſum: ignoroq; : pœta ſalutor. breuis & expedita
ad gloriam via eſt: quã Socrates dixit. vt ſcilicet q̃les
haberi volumus tales ſimus. Docebo ego te quo pacto
dei filius fias. id enĩ & optandũ & factu poſſibile. Ioã
nes euãgeliſta dedit inquit eis poteſtatẽ filios dei fieri.
Filius aũt multipliciter dicitur. nam qui ex ſubſtantia
patris ad eiuſdem naturæ æqualitatẽ eſt genitus natu-
ralis dicit̃ filius. vt Salomõ Dauid. Dauid Ieſſe. Xp̃s
dei. Per adoptionẽ etiam & arrogationẽ fit filius. Hęc
aũt ita differunt: q adoptamus eos qui filii ſunt fami-
lias. Arrogamus eos qui ſui iuris ſunt. Arrogare igitur
eſt queq̃ in filiũ ac familiã aſciſcere. Et arrogatio ideo
dicta eſt q is qui aſciſcit: interrogatur an velit illum iu/
ſtum ſibi filium eſſe. & is qui aſciſcitur. rogatur an id
fieri patiatur. vel q arrogatio per populi rogationem
fiat: cuius hæc verba ſũt. Velitis: iubeatis vt Natan ipi
Dauid tam iure q̃ lege filius fiet: quaſi ex eo patre m̃re
q familias eius natus eſſet. vtiq; ei vitæ neciſq; in eum

poteſtas fiat: vti pariendo filio eſt. Ita vt dixi. Ita vos quirites rogo. Adoptio autē fit per prætorem. Prima apud homines filiatio fit ex ſanguinibus & voluptate carnis. Duæ alię ex volūtate viri. Sed qui ex hominibus in filios dei volunt aſciſci: neq; ex ſanguinibus neq; ex voluptate carnis: neq; ex voluntate viri: ſperent id fieri: nunq̄ inuenitur quod non per ſuam viā quæritur. Quo autē pacto id fiat ad romanos ſcribēs. Paulus explanat: qui ſpiritu inquit dei aguntur: hi filii dei ſunt: neq; enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis: iterū in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptiōis filiorū: in quo clamamus abba: quod eſt pater. Ac ſi dicat qui deum non vt ſerui herum timent: ſed vt filii patrem amant: tum affectu operis: q̄ affectu cordis: hi quia ſpiritum dei habent qui eſt in generatione ſpirituali quaſi ſemē filii dei ſunt: ꝙ ſi filii & hæredes hæredes quidā dei: cohæredes aūt Chriſti. Quære ergo & tu blādā & fęlicē hanc appellationem: non per Alexandri deliramenta ſed per Pauli apoſtoli documēta. Pauli documentum eſt ad galatas: qui chriſti ſunt: carnem ſuam crucifixerunt cum viciis & cōcupiſcenciis: & hoc eſt quod Paulo ſuperius dixerat. ſpiritu ambulemus: hoc eſt enim ſpiritu ambulare ſecundum chriſtum viuere: Vita aūt Chriſti quid aliud eſt: q̄ virtutum omnium & patientię in primis cōmune gymnaſium? ſi patiens ergo fueris filius dei iure vocaberis.

Quod donorum dei conſideratio iuuat patiētiam cum commendatione familiæ bētiuoloꝝ. Ca. xxiiii.

SEd cum tot ſint genera malorũ: quibus quaſi de cumanis fluctibus frequenter & ſine pauſa iacta/ mur: deo potius gratię agendæ: ꝙ cũ vno malo tot bo na poſſideas: q̃ preces fundẽdę vt hoc morbo careas. propterea moneo vt donorum dei rationẽ habeas: & ea reducas frequenter ad calculum. Si bona animi que ris: non fecit te deus rudem: ignauũ: ſtolidum ve ho= hominem: luxui deditum: gulę obnoxium (qualis hac tẽpeſtate nobilium viro rũ maior eſt nũerus) ſed corda tum: ac docilẽ: & ab adoleſcentia bene inſtitutũ: libera liũ artium nõ ignauũ: ſacræ etiam ſcripturæ ſtudioſũ natura verecũdum: iuſtum: mãſuetum: piũ: & vt pau= cis expediam: bonam nõ tua virtute: vtpote qui nõdũ eras: ſed magno dei dono ſortitus es animam: ſi exter na bona conſideras: videbis te parẽtibus honeſtiſſimis ortũ: inter primores vrbis tuę cõſtitutũ: ad preclarum ſexdecimuiratus collegium dum adhuc eſſes iuuenis: aſcitum: & ea ſumma eſt apud ciues tuos autoritas: pri muſqꝫ magiſtratus. adde ꝙ in hac optima Bononien= ſi Ariſtocratia ab optimatibus quęſtor electus es: & p̄/ fectus ærario. Quod ẽ & charitatis omniũ in te: & tuæ in omnes fidei magnum argumẽtũ. Hæc ad animi tui tranquillitatem parum facit: ꝙ dei munere in ea tem= pora incidiſti: quibus preter cõſuetudinẽ ſuam patria tua Bentiuolorum prudentia rem gubernant: quinq̃= genaria iam pace perfruitur. Solebat ante hos annos quottidie tumultuari Bononia: ciues inter ſe graſſari: cædes & incendia fieri: & ſeditionum veſtrarum plenæ erant aures Italię: at vbi rediit ad Bentiuolos iſte prin cipatus: tanta fuit eis in rebus agendis dexteritas: tan

ta gubernandi peritia: tanta fœlicitas vt: calamitoſoꝝ temporũ reſpectu preſens ætas cum ſumma innocẽtiæ laude tranſigatur: Iã religioſior eſt populus: diuinus cultus amplior. Liberaliũ artium ſtudia ſunt in flore: patriciorũ ac nobilium reintegrata eſt dignitas: mercatutę ſuus eſt honor: feruent opificũ officinę: in vomeres cõflati ſunt gladii: & ruſticorũ lacertoſa iuuẽtus nõ iam amplius ad bellũ: ſed ad agriculturę opus exercẽt Iam tẽplorũ/viarũ/porticuũ ac domorũ ornatui facta eſt acceſſio tãta: vt vrbs ip̄a ab auis veſtris ſi reſurgerẽt nõ poſſit agnoſci. Taceo quãta huic clariſſimę Bẽtiuoloꝝ familię & ei ip̄i q merito in ea principatũ tenet: Ioãni viro p̄ſtantiſſimo atq; Illuſtriſſimo: neceſſitudine ſis iunctus: clientelas ſileo diuitias: opes: honoreſq; p̄tereo: de tui generis nobilitate de familię tuæ antiquitate quicq̃ dicere ſup̱uacaneũ: ſcitũ eſt enim ſemp̱ eam inter primas Bononię familias habitã: & id etiã nunc antiq̃ patrũ ac maiorũ tuorum monimenta clariſſima obſcurari non ſinũt Prodierunt etiam ex ea non pauci magno & excellenti ingenio viri: qui nõ minus belli q̃ pacis officiis lõge ac late claruerunt: & ſe ac patriam ſimul illuſtrarunt: Supereſt vt ad memoriam reuoces ac recolas; q̃ caſtam: q̃ pudicam: q̃ prudentẽ: q̃ circũſpectam cõiugem ſis ſortitus: filias quãto corp̱is decore: quãta animi honeſtate cõſpicuas: & iã ſplẽdiſſīe cõiugatas: quãtę etiã ĩdolis filios tibi genuerit: quoꝝ q maior eſt natu Frãciſcus ſi vitę dator & cõſeruator deꝰ affuerit: breui te etiã ſup̱ſtite oſtẽſus ẽ ſe p̱lẽ eſſe: & te patre: & tãta maiorũ claritate digniſſimã. Hæc omnia ſi in ſtatera rationis appẽdas: ſi ad p̱pẽdiculũ metiaris:

videbis in hac vita tāti eſſe vt hac ægritudine videantur emi poſſe: forſan & debuiſſe ſi vendantur.

Quod alienarum calamitatum animaduerſio ad patientiam plurimum faciat. Cap. xxv.

COntemplare illos quos vno horæ momēto deus tanq̄ fulmen extinxit: quos patria expulit: quos populi tumultuātis depopulatus eſt furor: quos ferrū abſumpſit. Ira trucidauit: momordit inuidia: notauit infamia: quos filiarum & cōiugū impudicitia dedecorauit: quos rebelliū filiorum aſſidue cruciat irreuerentia: contumacia: proteruitas: hęc & mille alia vitę noſtrę incommoda q̄bus tanq̄ inextricabilibus labyrinthis includimur: ſi perpēderis magno patientiæ ꝓuentu ditaberis. Etiam Lucretius in ſecundo de rerū natura libro nobis hoc genus cōſolationis oſtendit.
Suaue mari in magno luctantibus æquore ventis
E terra magnum alterius ſpectare periclum.
Per campos inſtructu ſui ſine parte pericli.
Suaue etiam belli certamina magna videre.
Non quia vexari quemq̄ eſt operoſa voluptas.
Sed quibus ipſe malis careas quia cernere ſuaue eſt.
Reuocato pauliſper ad memoriam eos quos deus variis calamitatibus præteritis ſęculis & noſtra hac tempeſtate percuſſit: & proculdubio multos inuenies cum quibus nolis permutare fortunā: ſilentio prętereamus Troianorum interitum. Pœnorum excidiū: & ea quæ hiſpania: quę græcia plorauit incendia. trāſiliamus etiam clades Gothorum: Longobardorum: Alanorum & Hunorum quas aliis intulerunt: & ipſi ab aliis pertu

lerunt. Ab aliis ſæculis calamitatum exempla mendi=
care nil opus eſt: noſtris abundamus: noſtra nobis ſup
petunt pluſq̃ deflere poſſumus & conqueri. Noſtrę tē
peſtatis breuiter percurramus nimbos: tonitrua: turbi
nes: & fulmina: & diſces illorum comparatione nihil eſ
ſe quod pateris: in lamentabili illa Conſtantinopolis
illuſtriſſimę vrbis captiuitate/per quam Turcorum res
cœlo æquata eſt: quãtum humani cruoris effuſum ſit:
quot lachrymę ſparſæ: quot eiulatus auditi: quot ad
cœlū vſq; lamenta peruenerint: quis enararit. Iurgia:
contumelias: ſtupra: illuſiones: adulteria: inceſtus: ma
ledicta: blaſſemias: Incendia: rapinas: illius nefandæ
diei numerare quis poſſit? Tolerabilior & lōge minus
acerba certe fuit illorum ſors: qui trucidati mox perie=
runt: q̃ eorum qui ex tantis cladibus erepti longis; po=
ſtea fortunę cōtumeliis quaſi diuturna morte cōſump
ti ſunt: ſed quę de Conſtantinopoli dicuntur: iã de to=
ta Thracia: de Macedonia. de Attica: de Bœotia: de
Achaia: de Arcadia: de Theſſalia: de Epiro & de om
ni Græcia recitant. q̃ plurimos vidimus & adhuc vide/
mus ſplendido loco natos: qui ſolebant aliis imperare
ad ſūmam inopiam redactos victum mendicare: cōiu/
gum & liberorum amiſſionem deflere. & ſitu ac ſqua=
lore confectos prebere in populis horrenda ſpectacula
dei templa profanata: reliquiæ ſanctorum cōculcate.
Regales ac imperatoriæ familię ludibrio habitæ. &
deniq; tanta fortune mutatio inſequuta eſt: quantam
nemo hominum fieri nunq̃ poſſe exiſtimaſſet. Hęc &
his ſimilia q̃ plurima contemplatu vtilia ſunt ęgro ani
mo non q; (vt Lucretius inquit) aliena eſſe debeat gra/

ta vexatio:ſed quia dum eorum comparatione praua vi dentur eſſe quæ patimur:minus amare vita tranſigit recte igitur(vt ait Plutarchus(Solō dixit:ſi omnes homines in vnū aceruum ſua mala comportēt futurū: vt malit vnuſquiſq; domū ſuā reportare:q̃ æqualē in omnes fieri portionem.

Q amicorum obſequia & religioſorum orationes & cōſilia patientiæ ſunt adminicula. Cap. xxvi.

HIs addendū puto etiam aliud quod longe tolerabilia reddit incōmoda:q ſcilicet nō eges quibus cum lamentari poſſis:qui tibi aſiſtant & ſeruiant: qui te cōſolent & iuuent:conſolantiū verba charitatis officia cataplaſmata quędā ſunt & malagmata:quibus cū applicantur triſticię in animo durata collectio emollit & preſenti mox remedio vt experimur:ceſſat curarum acerbitas:dolorum atrocitas:Si etiam(vt ſæpe te moneo)vitæ chriſti portiunculā quaſi quottidianum animæ panē propinante memoria in cibum ſumpſeris/& cogitationis aſſiduæ faucibus ruminaueris:erit ſcaturigo iugis refrigerii:& vitalis quidam liquor quaſi opobalſami die ac nocte ſtillantis in animā.Habeto ſemp ante oculos paſſiōis Chriſti proceſſum & ordinē:quomodo rationis metas nō egreſſus ſeruauit in omni actione decorum:quanta in verbis grauitas: quanta modeſtia:quanta animo fortitudo: quanta conſtantia. Habeto ſemper in ore hæc elignata vorāda/ hæc frequenter ad exonerandam mētē catapotia: habes etiā plures qui deum aſſidue pro te orēt:ex quorum nume

ro & nos ſumus: qui ſi vt optas nō exaudimur: memē-
to quia nec Paulus Apoſtolus vas electiōis cum ſtimu
lum carnis rogaret a ſe tolli: fuit exauditus. Sed ei dic-
tum eſt: ſufficit tibi gratia mea: quia virtus in infirmi-
tate perficitur. Legimus in ſanctorū patrum hiſtoriis
quoſdam poſt impetratam per orationes ſanitatē cū
iterum deū rogaſſent: vt ſi animæ ſalubrior eſſet ægri-
tudo: iterum ægrotarent: mox ad priorem infirmitatē
tanq̄ ad vtiliorem animæ ſtatum deuolutos. Perſeue-
rabimus tamen orantes: nec ceſſabimus: forſitan fue-
rit aliquis inter nos deo gratus: & dignus. cuius dep̄-
cationem accipiat deus. Multū enim (vt Iacobus apo-
ſtolus inquit) valet oratio iuſti aſſidua: & ſic ſi nō ſani
tatem: patientiam ſaltem obtineas: recordatus multo
eſſe melius atq; optabilib⁹ corpore ægrotare: q̄ animo
Helias (vt idē Iacob⁹ ait) homo erat ſimilis nobis paſ-
ſibilis: & adeo paſſibilis: vt metu Iezabel mortem in-
tentātis quadragenariā paſſus inediam In Oreb Ara
biæ monte latuerit. ipſe igitur q̄uis paſſibilis tamē ora
uit. & cœlū q̄d tribus ānis & mēſib⁹ ſex ꝓpter peccatū
Achab clauſū fuerat. mox erūpēte nībo ſolutū eſt.

Digreſſio de Carmelitarum antiquiſſima origi-
ne. Caput. xxvii.

HIc eſt ille Helias: qui primus cœlibem & monaſti
cen ſeu ſolitariam vitam inſtituit: qui mōtē Car-
melū vnde nos & nomē & originē ducimus: miraculis:
& ſanctimonia illuſtrauit. Ipe vt regū teſtať hiſtoria:
ſui ꝓpoſiti imitatorē & duplicate virtutꝫ heredē reliq̄t

Heliſeum prophetam quidem inſignem magnis pro=
digiis & ſingularis vitę ſāctitate mirabilem: & qui am=
borum vitam ſequerentur: poſteritate vſq; ad aduētū
chriſti propagata fuere q̄ plurimi quo tempore q̄ mō=
tem illum ſanctum incolebant fidei chriſtianę ſe addi=
centes Xp̄i operarii ſunt facti: & Apoſtolis adiūcti: ſū/
mo mane/ hoc eſt dum adhuc infās eſſet eccleſia vene=
runt in vineam patris euangelici diei & æſtus pondus
portaturi. At poſtq̄ chriſti mater Maria functa eſt vi=
ta: ipſi ſacellum in eodem monte primi conſtruxerunt
& quæ ab eis ſumpſit exordiū māſit apud poſteros eo
rum cultus virginei cura pręcipua: ad hos beatiſſimus
pater Hilarion tūc Anacoritarū illuſtriſſimus: ad hos
magnus Baſilius cæſarienſis epūs: ad hos diuus Hiero
nymus & Euſebius & alii plures litteris & ſanctitate cla
riſſimi/ad quos eorum fama peruenerat: magnis labo
ribus peruenerunt. Sunt etiam qui Ioannem Baptiſtā
cum eis habitaſſe crediderint: vtpote de quo ſcriptum
eſt: q chriſtum eſſet in ſpiritu & virtute Helię preceſ=
ſurus: & de quo xp̄us dixit: ipſe eſt helias. Et vt pauciſ
expediam/erat tunc ille mons xp̄ianus quod Athenæ
quod Academia: quod zenonis porticus fuit ante phi
loſophis: poſt longa temporum curricula viuēdi nor=
mā quā ab Alberto patriarcha Hieroſolymitano lon/
ge ante Franciſcum & Dominicū acceperant: ab Inno
centio quarto ſūmo Pontifice tandē approbari & apo
ſtolicę cōfirmationis autoritate fulciri miſſus Romā
nunciis impetrarunt: Cæterum quia ſæpius Barbaro=
rum incurſionibus ora illa vaſtata eſt: vt nunc quoq;
vaſtatur: coacti ſunt locum in alto Carmeli vertice

conſtructũ relinquere. & in occidentales plagas ſancti huius montis & eccleſiæ predictæ nomen intulerunt. Nã carmelitæ genitricis dei Mariæ nuncupamur. Habes paucis noſtri generis originẽ ſenio venerabilem. loco inſignem: autore aũt firmam ac ſtabilem Habes ordinis noſtri longã poſteritatem eccleſiæ autoritate munitam. Beatæ virginis titulo claram: patrocinio tutam Sancti Heliæ mentio me neſcio quo modo in hanc digreſſionem adduxit. quæ iccirco non fuerit inutilis: ꝙ pleroſq; video gentis noſtræ propter antiquitatem latere principium: & cur carmeli montis & beatæ Mariæ nomen vſurpemus prorſus ignorare. Conſtat autẽ in nobis verũ eſſe quod Ariſtoteles dixit in problematibus. ait enĩ hiſtorias recentiores & antiquiſſimas iniucundas videri: has quidem quia propter vetuſtatẽ per ſimiles fabulis iudicantur. illas vero: quia propter nouitatẽ cũ in promptu ſint omnibus: non habent maieſtatem. Quæ aũt medii ſunt temporis: vt Romanæ: ꝙ medio modo ſe habeant: plus placere. Origo igitur noſtra tam longe petita patitur id vetuſtatis incõmodũ: & habet ꝑpterea apud male cernentes minus fidei: ſed penes clare intuentes plus dignitatis: Te igitur (vt ad propoſitũ redeamus) tam multis & animi & fortunæ (vt aiunt) bonis abundantẽ decet hanc corporis aduerſam valitudinẽ cũ omni æquanimitate perferre.

Teſtimonium ex Plinio ꝙ natura humana ſit ærumnoſa. Cap. xxviii.

QVm ſeptimũ naturalis hiſtoriæ Plinii librũ euolerem inueni Capite quinquageſimo ſententiã

valitudinis tuę morbo ſaluberrimã: Nã cũ varia morborũ exempla cõnumerat ita iuquit. Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munus: quod dat: nobis malignum vero & breue in his etiam quibus largiſſime contingit vniuerſum vtiq̃ æui ſpatium intuentibus. Quid q̃ æſtimatione nocturnæ quiætis dimidio quiſq̃ ſpacio vitæ ſuę viuit? Pars æqua morti ſimilis exigit: aut pœnę: niſi cõtingat quies. Nec reputantur infantiæ anni: q ſenſu carent: nec ſenectæ in pœnam viuacis: tot periculorum genera: tot morbi: tot metus tot curæ: tociens iuocata morte: vt nullum frequẽtius ſit votum: natura vero nihil hoĩbus breuitate vitæ pręſtitit melius: ebeſcũt ſenſus: membra torquentur: pręmoritur viſus: auditus inceſſus: dentes etiam ac ciborum inſtrumẽta: & tamen vitæ hoc tẽpus annumeratur. Ergo pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplũ Xenophilum muſicũ cẽtum & quinq̃ annis vixiſſe ſine vllo corporis incõmodo. At Hercule reliquis oibus per ſingulas membrorũ partes: qualiter nullis aliis animalibus certis peſtifer calor remeat horis: aut rigor: neq̃ horis modo ſed dieb9 noctibuſq̃ trinis quatriniſue etiam toto anno: hactenus Plinius: quod addidiſſe volui vt reminiſcaris viri ſapientiſſimi ac minime in hac parte ſuſpecti relatiõe: quæ ſit naturę noſtrę conditio: & vt ad id quod naturæ ratio poſcit/te vt ſapientem decet obſequentiſſimũ ſemper exhibeas.

Ratio multiplicandorum morborum ac viciorum. Ca. xxix

QVoniam admonẽte nos Plinio ſumus ad naturalium defectuũ noſtri corporis mentionẽ addu=

ctí:proſequamur incæptũ:& humanę vitę morbos nõ inutili curioſitate narremus. His enim enumeratis intelligas pene impoſſibile eſſe hominẽ viuere ſine morbo. Nam corporis & animi valitudines id cõmune habẽt: ꝙ ſanitas in vtroq; vno modo attingit: virtus enĩ animi: & ſanitas corporis in quadã temperie: hæc humorum: illa paſſionũ eſt ſita. Temperies aũt medium quoddam eſt: ac medium vno modo attiugitur: ſicut linea recta vno modo fit, flexa pluribus: & ſignum a ſagittario vno modo tangitur: pluribus autem non tangitur: propterea vt ſecundo ethicorũ meminit Ariſtoteles. Pythagorici dixerunt malum ad infiniti: bonum ad finiti naturam attinere. Vna ergo tẽperie corpus benevalet: male autẽ prope infinitis: quod ex ipſis vocabulis conſtat: ſanitas enim vno vocabulo exprimitur. at morbi nomina prope infinita ſortiũtur: adeoq; quotidie morborum numerus inualeſcit: vt medici & quidem doctiſſimi atq; peritiſſimi/in eis diſcernẽdis ambigui falſa plerumq; pro veris accipiãt: ſed de antiquis pauca e multis in medium afferamus.

De morbis humani corporis. Cap. xxx.

PSoram vocant morbum qui cutem exaſperat instar ſcabiei: ſcabeis ipſa ĩportun⁹ & vulgarꝫ morbus eſt. porriginem appellant furfurem minutum: qui e corpore ꝑdit. Greci catarrhum dicunt: quod pituitã noĩamus: quæ ſi groſſior e naribus fluit: mucus dicitur Cũ obturatur naſus: græci Corizã noſtri grauedinem vocãt: polypus nariũ morbus: Cũ caro corrupta plureſ habet radices: polypuſ enĩ grçce dicit: latinę multipes:

Vnde piſcē marinū qui pluribus brāchiis ſeu pedibus nititur: & omniū pene rerū quibus adhęret colorem in ſe trahit polypū dicunt. Vulgares polpū appellant. polypoſus vero dicitur: qui eo morbo laborat: naſcuntur aliquando natura ob materiæ inopiā deficiente aliqui ſine naribus: cū ſolis foraminibus: hi Simones: vel oſſimi dicuntur: Epiphorā vocant genarum: & aliquādo aliarū corporis partiū tumorē illuc confluentibus noxiis humoribus infeſtum. Quibus oculi deprauati ſūt Strabones dicimus: Cocles qui altero caret: & vnoculus dicitur: qualis fuit Horatius. qui Romam defendit ab etruſcis. Fuit hoc etiā pluriū ducū & quidē illuſtriū inſigne. Nam Philippus Alexandri magni pater Hānibal Carthaginēſis qui tot clades intulit romanis. & ipſe de quo diximus Cocles Sertorius etiā romanus Et noſtro tēpore Federicus vrbinatiū dux vir & litteris & armis inclytus: vno omnes iſti oculo caruerūt. hoc ad tui ſolatiū dixerim: ne putes magnis imperatoribus ꝑtermiſſis in te ſolū morbos deſæuire. Sunt nonnulli q ad lucernā non videant: hi lucioſi: Sunt qui noctuarū & veſpertilionū more videant q̄ veſperi meridie min9 & hi luſciones appellantur. Luſcus eſt qui hebetes hēt oculos. qui etiā defioculus nūcupatur: Sed hęc potius vicia oculorū q̄ morbi ſūt: Lippitudo eſt humor in angulis ſeu finibus oculoꝝ collectus ſaniei ſimilis: qui vo ſicut quondā Horatius: hoc patitur: Lippus dicitur: Liuor & plūbeus color in oculis glaucoma appellatur Aegilops morbus eſt in oculo ad naſum: vnde ſanies emanat. Prerygium ē mēbranæ craſſa neruoſaq; i oculi ſuperficie. Albugo vero eſt in oculo ſubtercutaneus

morbus inſtar nubeculæ: ſit in oculis cecitas: quę tãto lamẽtabilior eſt: quanto viſus eſt præſtantior. Oculus enim (vt in metaphyſica inquit Ariſtoteles) ad rerũ ſci entiã plurimũ cõfert: nam lõge plures q̃ cœteri ſenſus rerũ differẽtias nobis oſtendit. Democritus tamen vt altius cõtemplaretur ſibi oculos eruit: & ſciẽdi deſide= rio maluit Tireſia eſſe quã Strabo: ſic enim teſte Va= rone nũcupatus eſt quidã: q cẽtũ trigintaquiq; milia paſſuũ ꝓuidebat: & ex lilybæo Sicilię promõtorio nu merũ nauiũ exeuntem ex carthaginis portu claſſe de= prehẽdebat: oculi certe ſicut plurimũ ꝓſunt corpori & ſciẽtiæ: ita plurimũ nocẽt conſcientię. Propterea dicit̃ in pſalmo Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ. & ꝓpheta dicit mortẽ p feneſtras ideſt peccata p ſenſus aſcẽdere. Lamec ſeptimus ab Adam primus inter cœ= cos (qui p cœcitatẽ cõmiſit homicidiũ. Nã Chaim oc- cidit) monet a peccantibus naturę integritatẽ non eſſe accuſandã. Ecce tũ quoq; cum recẽs erat mundus ante diluuiũ iam genus humanũ morbus inuaſerat. Lamec enim diu viuẽdo caliginem oculoꝝ incurrerat. Surdi= tas quoq; non paruo eſt hominibus incõmodo. Audi- tus enim (teſte Ariſtotele) diſciplinæ eſt ſenſus: & q eo carent diſciplinã non capiũt q vero audiunt: & ſi cœci ſunt: plurima & diſcere & docere apte poſſũt Didymꝰ cœcus vir litteratiſſimus: & ſacrę ſcripturæ ſacramenta doctiſſimus tẽpore Antonii abbatis floruit in ægipto: Beda quoq; in omni diſciplina & ĩ ſacra lege apprime eruditus cœcus fuit: Opiſthotonus morbus eſt caput ĩ ſcapulas inflectẽs: Emproſthotonus mẽtũ pectoriꝰ ap plicat. Spaſmus neruoꝝ cõtractio: quæ nõ nunq̃ mor-

tē inducit. Tetahus eſt colli rigor ita vt flecti nō poſſit q id morbi patiť obſtipus diciť. Chiragra notū & tibi nimiū familiare malū: manuū eſt dolor. Paronychiū Greci: nŕi recliuiū vocāt: morbū: q cutem circa vngues ſcindit. Cōdylomata dicunť p corpus tubercula. Pleureſi morbo acutiſſimo græci a latere nā πλευρα eſt latus noſtri a coſta nomē īdiderūt. Tormē & vermē duo vētris dolores perq̄ ſimiles: differētes tñ apud medicoſ Gibbus viciū tergi vt plurimū: aliarū quoq; partiū aliquādo: inde q deformitatē hāc patiť gibberoſus diciť. Enterocelæ ſunt: cū diſciſſo inferius interiore vētris libro inteſtina deſcēdūt. Taceo rhagades: ficos: ſeu mariſcas atq; hæmorrhoides: qui morbi in ſecretiſſima ſedis pte enaſcuntur in grauē hominū moleſtiam: & q̄ſi in cōtēptum ac cōtumeliā. Rhagades fiſſuræ ſunt: fici mariſcæq; idē eſt: vlcera ſunt: in q̄bus granula ficoꝝ ſeminib⁹ pſimilia cernunť: hæmorrhoides fluxus eſt ſāguinis. Verruca corpus exaſpat: porrūq; vulgo appellať: cui ſimilis eſt Neuus: ſed naturalis eſt: & nō ſanať: in eoq; nō nunq̄ pili ſuccreſcūt. Sciatici dicunť quibus in coxēdice ſeu in coxæ vertebra: quę ſcia diciť: dolor ī eſt: & ppterea claudicāt. Varrus is appellať cui introrſum. Valgus cui extrorſum pedes retorquētur. Podagra pedū eſt: ſicut chiragra manuū dolor: nobiliū virorū morbos vt plurimū: de q̄ Ouidius in libro de pōto.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Gemurſa morbus eſt inter pedū digitos gemitū inducēs quē morbū dicit Plinius ita ī Italia reſtinctū: vt ei⁹ quoq; nomē neſciret. Attæ dicunť hi q debiles pedib⁹

plãtas inſiſtẽs nõ ambulãt: ſed terrã ꝑlatis nõ tñ eleuatis plãtis verrũt. Claudus ꝙ paſſus nõ aperiat ſed claudat. Loripes q̃ſi loro ſeu cõpede impeditus ĩcedit. Carbunculus Peſtiferũ vlcus grauẽ diramq; mortalibus luem cõminat̃. Anthrax græce vocatur Furũculus: q in extremis ſemꝑ partibus q̃ſi fur noceat: appellatus eſt: clauus furũculo ſimilis callus eſt duriſſimus/q̃ſi ferreus clauus pedibus aut alteri corporis mẽbro infixus cruciat: panus tumor in inguinibus: & alibi nõnunq̃: pãnicula etiã appellatur: parotis vlcus ſecũdũ aures caput infeſtans. Elephãtiaſis morbus cutẽ humanam cuti elephantis cum magna deformitate ſimilẽ reddẽs. Lychæna græce mentagra latine ideo dicitur: ꝙ a mento incipiens totũ corpus furfure inficit: Impetigo ſcabies quę quia cum impetu ſerpat: & quaſi volet volatica vulgo nuncupari ſolet. Lentigo macula eſt lenti ꝑſimilis. Alopecia eſt capitis depilatio ſic appellata ꝙ vulpi ſimilem faciat: nam quod ἀλώπηξ græce dicitur vulpes latine nominat̃. Aqua intercus græce hydrops dicit̃: morbi nõ minus moleſti q̃ deformis: & vt plurimũ incurabilis eſt nomen. Ictericus: arq̃tus: & morbus regius: tria ſunt nomina morbi vnius. ἴκτερος. græce galgulus: vt Plinius: vel vt alii galbula eſt q̃ auis eſt crocea: & quoniã morbus hic ſimilẽ colorem inducit ab aue & ab arquu cœleſti nomẽ accepit. regius vero morbus appellatur quoniã deliciis & regia diæta ſeu regali victu curari dicit̃: paralyſis neruoꝝ eſt diſſolutio tremorẽ ĩducẽs & manus p̃cipue reddẽs inutiles tãto ꝓteruior morbꝰ: quãto & latere minus poteſt: & mẽbri magis neceſſarii vſum excludit: vidẽs enĩ natura creaſſe ſe hoĩem nudũ

inbecillũ ac inopẽ manus excogitauit: vt hoc vno inſtrumẽto munimentorum: quę pecudibus dederat defectũ suppleret: eiq; ſarciret. Lepra: quã Horatiꝰ malã ſcabiẽ vocat: morbus eſt infeliciſſimus: ꝓpter quem volunt ꝗdam Moyſem ſuillæ carnis vſum iudæis interdixiſſe: ꝙ ſuam gentẽ in hũc morbũ natura ꝓnam: & talem cibũ morbo huic cognatiſſimũ nouerat: Sunt ꝗ leprã elephantiã dicant: Nam Platina in vita Deusdedit ſummi põtificis dicit: leproſum ab elephãtiæ morbo ꝑ hunc pontificẽ oſculo ſanatũ: ſed tales nodos ſoluere nõ puto p̃ſentis eſſe negocii. Fanatici ſunt ꝗbus phãtaſmata quedam: & varie imaginũ illuſiões apparent: ꝓpterea fanaticus error hic morbus vocatur: quo antiqui ſcriptores Herculẽ & Oreſtem laboraſſe commemorãt. Phagedinæ dicunt̃ vlcera corrodẽtia. Vari ꝗ & varioli vulgo cognoĩantur/ puſtulæ ſũt cum febre naſcentes morbus vt plurimũ puerilis. Cancer terrificꝰ & inſanabilis morbus/altas ac plures agit radices: de quo Ouidius.

Vtq; malum late ſolet immedicabile Cancer
Serpere: & illæſas viciatis addere partes:

Huius ſpeciẽ dicũt/Cãcrenam: quę & Carcinoma: vomicaq; dicitur de hoc morbo Plinius libro. vii. naturalis hiſtoriæ memorabile recitauit exemplũ: dicit nanq; phalereũ vel (vt ꝗdam volunt) phereũ cum in vomicæ morbo derelictus eſſet a medicis: & ꝓpterea vitam ꝑteſus mortẽ in acie q̃reret: vulnerato pectore medicinam inueniſſe: & ab hoſte curatum eſſe. fecit itaq; ſors: ꝗđ artis induſtria non fecerat. Sacer ignis puſtulę ſunt corpus adurẽtes. Febriũ genera plurima ſunt: Sũt nã

q; quottidianę: continuę: tercianę: & hemitriteus quẽ volunt quidã eſſe tertianã: quę ex duorũ dierũ ſpatio duodecim horas tantũ relinquit ſanitatis. Verũ id medicorum ſubtiliori iudicio relinquimus. Satis eſt morborum nomina ꝑcurrere: vt quod ĩſidiis premamur ĩtelligas. Sunt quartanæ duplices ſimpliceſq;: febrẽ autem dicũt noxiũ ac putrefactum humorem clauſis corporis poris exire nõ valentẽ: Apoplexia latine dicitur attonitio ſubito ſenſum omnẽ motũq; recidit: nullis morbi pręcedentibus ſignis: Ideoq; interpretat̃ ſubita percuſſio. Huic quoq; ꝑſimilis eſt ſed nõ adeo nocens epilepſia: latine comitialis: vulgo caduc⁹ morb⁹ appellatur: vterq; morbus ex oppletione ventriculoꝝ cerebri fit: cum vapores a ſtomacho mittũtur ad caput: q̃ vias quibus vitalis ſpiritus deriuatur in mẽbra claudũt & impediũt. Spaticus eſt qui pauore ac ſi dæmones occurſantes videat abſterritus nõ poteſt loco conſiſtere. Sunt etiam lunatici (quorũ vnum Chriſtus ſanaſſe dicitur) hi certis lunę tẽporibus ſeu id dæmõ ſeu noxius humor vaporue efficiat: magis vexantur. Tres hi morbi ſcilicet comitialis lũaticus: & ſpaticus affinitatẽ quãdam habent: & eos nobis naſcẽtibus ingenerari volũt Mathematici: cum luna fuerit male collocata: qđ an verum ſit: ille nouit: qui ipſam lunam creauit & cœlos Lethargus eſt (vt medici volũt) in parte capitis poſteriore vbi memoriæ domiciliũ eſt Apoſtema ſeu: vt latine loquar: recollectio quedã groſſior memoriã ebetans & eſt grauedo capitis obliuioſa: λήθη nanq; obliuio eſt. Linguæ quatuor ad loquẽdum ſunt impedimẽta: quattuor nominibus appellata. Balbus / cui lingua

quaſi groſſior ſit impeditur. Blæſus qui dũ loquiẽ litteram aliquã omittit: ſicut de Demoſthene diciẽ qui dũ iunior eſſet primã artis q̃ diſcebat ſcilicet Rhetoricæ litterã. Rho videlicet ꝓferre non poterat: Traulus eſt cui in vno quoq; verbo lingua multum luctatur. Opicus qui verba inculcat & ſupplãtat. Vitiligo eſt quędã cutis maculatio deformis. Hiſciacus eſt qui nimiũ oſcitat. Oſcedo oris fœtor. Raucedo vocis impedimẽtum Cœliſtoma eſt cũ reciſa vua q̱ vulgo vuula diciẽ: vox quaſi in receſſu oris audiẽ. Tonſillæ ſunt in faucib9 & ĩ vltimo palato glãdulæ nõnunq̃ acri dolore hoĩem afficiẽtes. Angina grauiſſimus acutiſſimuſq; morbus in mortẽ niſi repẽte occurratur inducit. Synãche & paſynanche græce dicitur: ea fauces cõprimẽs & cibi & vocis iter occludit. Synãcia vero nõ eſt (vt quidã putãt) morbus anginæ ſed magis locus vbi valles duę cõueniunt. Quib9 guttur inflaẽ gutturoſi ſtrumoſiq; vocanẽ Nõnunq̃ amiſſo loquẽdi vſu muti reddimur: quo ſeu vicio: ſeu morbo neſcio an alius magis cõtra naturam hoĩbus accidat: vox nãq; ad exprimendos animi cõceptus: vt Ariſtoteles in lib. perihermenias teſtatur: ad orandũ ad loquendũ ꝓ ſingulari dono a natura cõceſſa ẽ: ſine cuius vſu cũ neq; domeſtica neq; ciuilia negotia ꝑtractenẽ: cõſtare nõ poſſet hũana ſocietas: propterea Iacobus apl'us inquit lingua modicũ mẽbrum eſt: ſed magna exaltat: in parte pulmonis tabes pthiſis: in toto pulmõe pulmõaria vocaẽ: Aſthmatic9 ẽ q̱ difficile reſpirat. Cardiacus vo q̱ cordolio p̃miẽ: cuius multe ſunt ſpecies: vt tremor & cõſtrictio: q̃ ip̃am vitę regiã obſidẽtes vicinũ homini minaẽ interitũ. Phreneſis ex

cordis vicio naſci putat a quibuſdã: ea ſi cõtinua eſt in ſania fit: & tales mẽtis inopes: aut mẽte capti noĩantur Epatarius eſt cui malũ eſt epar: Lyenoſus cui ſplen eſt moleſtus: & latine ſpleneticus vocat: Nephretici ſunt qui renũ doloribus anguntˀ Cruditas ſtomachi vnde pleraꝗ morboꝝ genera driuãtur: eſt cũ ſtomachus fa/cile lęditur & difficile cõcoquit. Cæliaci ſeu ciliaci ſunt qui ſtomachi vicio ventris ꝓfluuio diſſoluũtur. κοίλια eni venter dicitur Fit colicus dolor in ventre ſub cingulo quo pleroſꝗ vidimus acriter cruciari. Iliacus dolor qui ab aliquibus cordapſus dicitur: quãtę ſit violentię & atrocitatis ab Andrea bentiuolo antiquę nobilitatis ac magnificẽtię viro: ciue ac patricio optimo: & in ſex=decimuiratu collega tuo potes ĩtelligere Calculi & ſtrãgurię morbus cũ vrina guttatim vix emittitur: ꝑnitio=ſiſſimos audi o: qui me & auo & patre priuauerũt. Ca=pitis dolores & cũ totũ & cũ pars: quę eſt hemicranea: cũ. ſ. media cranei. i. caluarię pars dolet: cũ cruditate ſtomachi cũ inflãmatione epatis vſꝗ ad febrẽ: quã ꝙ ſic conſueſcat vt nõ diſcedat neꝗ ſentiatur: dicũt ethi=cam: Diu ꝑpeſſus ſum dentiũ quoꝗ dolorem & lon=gũ & acerbiſſimũ pene vſꝗ ad rabiẽ ꝑtuli. nã cũ Paulo apł'o libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. Eſt alius ſordidior morbus Ph=thiriaſim gręci: nr̄i pedicularẽ nũcupãt. cũ. ſ. ĩ toto corpe pędiculi ſcaturiũt: quo morbo Sylla ille maxĩ9 Ro. dictator q Mariũ: q Iugurthã: q Mithridatẽ: q Romã domuit ẽ puteol' cõſũptus. ſingl'are ſpectaculũ erat cernere tãtũ viꝝ tot victoriis claꝝ impatorẽ: mõ dictatu=rę maieſtate depoĩta ĩter pediculoꝝ acies moriẽtẽ: vti

ſolet enecatus ſerpens inter formicaꝝ plębē numeroſi ſpectari a pueris. ſūt aliç ꝙplurimę ægritudines & vitę nrę miſeriç: qbus velimus nolimus: omnes ſubiicimur. Quod cernēs Plinius in vigeſimo ſexto natu. hiſtoriç libro recitatis multis morboꝝ generibus ſic inquit: qd hoc eſſe dicimus: aut quas deorū iras? Parū enim erāt homini cætera morborū genera: cū ſupra trecētū eſſēt niſi etiam noua timerentur.

De qbuſdā aliis hūani generis infortuniis. Ca. xxxi.

ACcidunt etiam vulnera: ſeu ſpōte illata: ſeu caſu oblata. accidit corporum: ſeu natura: ſeu aliter īducta debilitas: deformitas: mōſtroſitas: animi quoq; ruſticitas: ignorātia: ſtoliditas: infamiæ etiam quas ꝑ licentiā obloquēte vulgo vitare non poſſumus. Accedunt variæ hominū quibus cū viuimus naturę: praua ingenia: falſa iudicia: zelus inuidia: ſuboriunł ſuſpiciones: principū indignationes: clientum ingratitudines. amicorū calamitates: annonæ caritates. Sæpe etiam ſurgunt bella externa: ciuilia: domeſtica: filiorū rebelliones & eoꝝ quos fideles arbitramur īſidiæ impoſturæ: delationes: ꝓditiones: fraudes: ſimultates: odia: temeritates: ſiniſtri euētus: caſus inſperati: īpuiſæ clades peſtilētię: timores: anxietates: mors ſemꝑ impendēs: & in omni noſtra actiōe ac negotio fortuna ꝑdominās & deniq; nemo eſt q non habeat de ꝑterito quod doleat. de futuro quod timeat. Quis iſta cōſiderās nō cupiat cum paulo diſſolui: & eſſe cū Chriſto? Propterea dicebat Miſer ego homo quis me ſeparabit de corpore mortis huius? Sūt alii quidā ſeu morbi ſeu ꝓdigia:

quę me vitā hāc formidare cōpellūt. Repti ſunt q̄bus cū dormirent: in ſtomachū ſerpētes introierint. Quin & in noſtris aluis ſerpētes enaſcunt: quod q̄ fabuloſū putat: legat Pherecydē philoſophū: & poetam clariſſimū Pythagoræ p̄ceptorē copia ſerpentū e vētre erumpēte quōdam emortuū. Taceo ruinas tecto℞: Vidiſti enim quot hoīes ante duos ānos hic Bononiæ vna turris oppreſſerit. Taceo incēdia: fluminū inundatiōes: Fulminū ictus. Terremotum voragines. Terræ hiatus Chaſmata & fiſſuras: quibus nōnunq̄ integræ Ciuitates abſorbētur. Taceo beſtia℞ impetus. Imbecillitatē nr̄am ſileo: q̄ tanta eſt: vt vnius dētis etiā minimi morſu moriamur. Mulier prægnās vna oſcitatione ſternutationeue vno lucerne extinctu ſolet abortire. Anacreon (vt Plinius author eſt) Acino Vuæ paſſę. Fabius ſenator in hauſtu lactis vno pilo ſtrāgulatus eſt. Nos inter tot īſidias iter tutū: inter tot miſerias fęlicitatē: īter tot triſtitias hilaritatē: inter tot hoſtes pacem: īter tot mortes vitā: & q̄ longā nobis ꝓmittimus. Quæ nā eſt iſta noſtra ſtoliditas: q̄ nullo ſermone minui: nullo exemplo cohiberi: nullis minis terreri: nullis flagellis caſtigari: nullo argumento vinci: nullo medicinæ genere cōpeſci poteſt. Vere ſtulti & mēte capti & ſine vlla ſpe ſalutis phrenetici ſumus: qui deum vltorem ſcelerū credimus: & corā eo ridentes in omnē nequitiā turmatim irrumpimus. Hæc igitur hactenus dicta ſūt vt vitæ noſtrę cōditionē agnoſcens malo℞ tuorū portiunculā q̄ ad animæ ſanitatem deo ſic diſtribuēte cōtingit: patiētius feras. Caput hoc Heſiodi poetę grauiſſimi verſu cōcludam⁹. πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα

quod: ſi verti poteſt: plena malis tellus: plenæ ſunt æquoris vnde.

Qꝫ homo naturaliter ærumnoſus ſit teſtimonium ex Plinio. Cap. xxxiii.

SEd ad cōterēdam magis appetitus noſtri petulā tiā: ſubiicio hic principiū ſeptimi libri natu. hiſt. Plinii: in quo nroꝝ corpoꝝ miſerias oīs breui oratiōe cōplexus eſt. ait eni ſic de natura. Ante oīa vnū animā tiū cūctoꝝ alienis velat opibus: cęteris varia tegumen=ta tribuit: teſtas: cortices: coria: ſpinas: villos: plumā: pēnas: ſquāmas: vellera: trūcos etiā arboreſq; cortice ī terdū gemino a frigoribus & calore tutata eſt: hoīem tantū nudū & in nuda humo Natali die abiicit ad va=gitus ſtatī & ploratū: nullūq; tot aīaliū aliud ad lachry mas: & has ꝑtinus vitæ principio. at Hercule riſus prę coxilli & celerrimus ante q̄dragеſimū diē nulli dat: ab hoc lucis rudimēto: quod ne feras q̄dem inter nos ge=nitas: vincula excipiūt: & omniū mēbroꝝ nexus. At=q; infeliciter natū iacet manibus pedibuſq; deuīctis flēſ aīal cæteris imperaturū: & a ſuppliciis vitā auſpicatur. Vnā tantū ob culpā q̄a natū eſt. Heu demētia: ab his initiis exiſtimātiū ad ſupbiā ſe genitos. prima roboris ſpes primūq; tpis munus q̄drupedi ſimilē facit: qn̄ hoī īceſſꝰ qn̄ vox: qn̄ firmū cibis os? q̄diu palpitās vertex: ſūme īter cūcta aīalia ībecillitatis indiciū: iā morbi tot atq; medicinæ tot cōtra mala excogitatæ: & hæ quoq; ſubinde nouitatibus victę. Cæteta ſentire naturā ſuam alia ꝑnicitatē vſurpare: alia ꝑpetes volatus: alia vires: alia nare hoīem ſcire nihil ſine doctrina: nō fari: nō in

gredi:nõ veſci:breuiterq; nõ aliud naturæ ſpõte q̃ flere Itaq; multi extitere:q nõ naſci optimũ cẽſerent:aut q̃ ocyſſime aboleri. Vni aiantiũ luctus eſt datus:vni luxuria:& quidẽ inumerabilibus modis:ac p ſingula mẽbra. Vni ambitio:vni auaricia:vni inmẽſa viuẽdi cupido:vni ſupſtitio:vni ſepulturę cura:atq; etiam poſt ſe de futuro:nulli vita fragilior:nulli rerum omniũ libido maior:nulli pauor cõfuſior:nulli rabies acrior. Deniq; cætera aialia in ſuo genere pbe degũt:cõgregari videmus & ſtare cõtra diſſimilia:Leonũ feritas inter ſe nõ dimicat:ſerpentiũ morſus nõ petit ſerpẽtes nec maris qdẽ beluæ ac piſces niſi in diuerſa genera ſeuiunt: At Hercule homini plura ex hoie ſunt mala. ſic Plinius.

Quod nõ ẽ reprehẽſibilis autor ex mlta autoꝝ & maxime gẽtiliũ citatiõe:& cur hõ nud⁹ naſcat. Ca. xxxiii

SEd nec putes me q cõfugiã ad gẽtilis hois autoritatẽ ideo redarguendũ:ait eni nr̃ Auguſtin⁹ Philoſophi ſi q̃ fidei nr̃ę cõſentanea dixerũt:non ſolũ formidãda nõ ſunt:veꝝ etiã ab eis tanq̃ ab iiuſtis poſſeſſoribus in vſum nr̃m cõuertẽda:ſed neq; vicio det q in hũc libellũ nr̃m aliena cõgeſſerimus:nã appetitus cõtumatiã reſtringuere nr̃m eſt inſtitutũ:id ſeu nr̃is ſeu remediis fiat alienis:quid ad ægrotũ? De Chryſippo (cuius tantũ fuit in dialectica nomẽ) aiunt q teſtimonioꝝ nube vteret:& qbuſdã ſuis opuſculis totam Euripidis Medeã inſeruit:& Apollodorus Atheniẽſis de eo dixit:ſi quis tollat de Chriſippi libris q̃ aliena ſunt:charta ei vacua relinqtur. Pliniane ſentẽtię cauſtica vis ineſt: quam quia poteſt luxuriantem appetitum reprimere:

tanq̃ pharmacum opportunum & fomentum ſalutare porrigimus: ad id tñ quod dicit hoiem naſci nudum Ariſtoteles de generatione aïaliũ libro ſecũdo reſpondit dicens. Hõ nudo maxĩe omniũ & intecto corpore naſcitur: quoniã minimũ in eo eſt terreni recremẽti: q̃ cauſa facit vt vngues q̃ minimos ꝑ portiõe ſortiatur.

Cur deus flocipendat corpus ratiões naturales. Cap. xxxiiii.

RΕcitatis tot morborũ ac incõmodoꝝ generibus: quibus hũanum corpus afficit: remanere potuit ĩ corde tuo quidã noxiæ cogitationis aculeus caſtigatæ cõſciẽtię ꝑmoleſtus: videri enim poteſt deũ nři vel nullam: vel certe paruã rationẽ habuiſſe: quos tot calamitatibus & ærũnis expoſuit: & ſic nomẽ patris quo illũ in primis honoramus amittet ſi paternã curã & pietatem vel amiſiſſe vel nõ habere ꝓbabitur: vt igitur excludatur huius cogitationis importunitas vicina præcipitio p̃ter rationes antedictas ad cõſiderandũ rerũ naturã cõuertamur: quo manifeſte cõſtat deo corporum noſtroꝝ maiorẽ curã eſſe nõ debuiſſe. quod ſi altius repetemus: audire nõ pigeat: nam nõ erit rei naturalis in iucũda narratio. Philoſophi omnes in corpus & ſpiritum ſubſtantiã partiũtur. Corpus vocãt quod videri: quod tangi: quod audiri: & aliis ſenſibus ꝑcipi poteſt: Spiritũ vero quod q̃ſi ĩane ſub ſenſum nõ venit: Sunt tñ & corpora q̃dam naturæ adeo tenuis & exilis vt videãtur & appellẽtur ſpũs: vt vapores terreſtres: ex quibus ſi imbibito calore ſolis eleuãtur: fiũt venti: tonitrua cometæ: ſtelle cadẽtes: Si vero intra terræ viſcera obturatis ſpiramẽtis occludãtur: terræmotus exurgũt: fon-

tes calefiunt: &.q̃ ex aqua reſoluũtur: ex quibus nubes pluuiæ grãdines: & id genus alia ꝓcreantur. Item qui magiæ naturali dant operã: ſolẽt ſpũs vocare ꝑtes ſub tiliores ex corꝑibus mixtis (puta ex vino & huiuſmodi aliis) virtute ignis & caloris emũctas: quin & in corpo/ ribus hũanis puriores ſãguinis ꝑtes: q̃ ꝑ arterias ad ve/ getãda mẽbra ꝑlabunt: ſpũs vocant a medicis: & eos trifariã diuiſerũt: in naturales q̃ in epate: in vitales qui in corde: & in aiales qui in cerebro generant: his oĩbꝰ quãq̃ ſint corꝑa: tñ ſpũs nomen eſt inditũ: q̃ ſingulari priuilegio ſubtilitatis & actiuitatis excellãt: ſpũs tñ: ſi more ſtoicorũ vim vocabulorꝝ inſpicimus: halitũ ſigni ficat: & ad ventũ extẽdit: iuxta illud pſalmi: ignis grã= do nix: glacies: ſpũs ꝓcellarũ: ſumit & ꝑ aĩa: iuxta il= lud. Spũs & aĩæ iuſtoruꝫ: & item aĩa ꝓ halitu. Plinius enim in libro naturalis hiſtoriæ dicit: aĩæ hoc eſt halitꝰ Leonis: ineſſe virus graue: & vrſi peſtilens: ſed iã a cor poreis ad incorporea tranſeamus: aĩam vegetabiliũ q̃ nutriendi: creſcẽdi & generãdi principiũ eſt. Item aĩa brutorum q̃ p̃dictis ſentiẽdi & mouẽdi vim ſuꝑaddit: necnon & aĩa rationalis: in qua p̃dicta duo animæ ge/ nera ſicut trigonũ & tetragonũ in pentagono cõtinen/ tur: ſpũs ſunt: & preſertim aĩa rationalis. Sunt & in ae re ſpiritus quidã: iuxta Pauli apoſtoli traditionẽ: non eſt inquit nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſangui= nem: ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harũ. tenebras aũt vocat caliginoſum hũc aerem: qui circũfuſus & cõtiguus mari per vicinitatem & confuſio nẽ in aquarum naturã degenerat: vel magis per tene= bras mediã aeris regionẽ intelligit/ vbi regnũ eſt ven=

toꝶ vbi nubes & grãdines: & multa terraꝶ incõmoda generant. illam enĩ luie carere & ſemꝑ tenebroſam eſſe phyſica rõne ꝓbatũ eſt. Nam ſi (vt aiũt & exꝑimẽtum indicat) reflexio radioꝶ a ſolidi corꝑis plana ſuꝑficie reꝑcuſſoꝶ caloris & luminis eſt cauſa: nullum erit in ea parte lumẽ quæ tãtũ a terrę & maris verberatu ſeiũcta eſt. ſed iam ꝓpoſito accõmodetur oratio. In oĩ fere corꝑe vel vere ſpũs eſt. vel q̲ddam aliud: quod ꝓpter naturę vicinitatẽ ſpũs dicitur: & id q̲dem eſt in oĩ re melius: vbiq; p̄ſtãtius. Quicquid enĩ eſt in re p̄ter ſpiritum: ſpũs cõꝑatione fex eſt: purgamẽtum eſt. Interroga emꝑicos: cũ aqua ardens per ignẽ educta eſt. q̲d ex vino reſtet niſi inſulſus liquor & quaſi quoddã corpus emortuũ. Quid pluribus opus eſt? Quicquid per corporeã naturã fieri dicitur: ops eſt ſpũs latẽtis ĩtrinſecus: ab eo tanq̃ a fõte omnis operatio deriuat̃: a corpore ꝟo vt̃ ab inſtrumẽto: ꝓpterea recte ab Ariſtotele dictũ eſt aĩam operationũ vitaliũ eſſe principiũ: quid mirũ igitur ſi naturæ opifex deus: q̲ corpora ſpiritibus animauit: qui figmẽtum noſtrũ cognoſcit: qui ſcit corpus noſtrum eſſe puluerem: qui omnẽ noſtrã vim aĩæ inſculpſit corpus paruipendat? admirãtur pueri pomi amænitatem: quæ eſt in cortice: tu vero proiecto cortice quod ſub eo ſeruas: in frumẽti ſpicis contemplamur ſagacitatem naturæ mirabilẽ: granorũ ordinem & diſpoſitionẽ: foliculorũ amictum: ariſtarũ vallum: & eximiam in toto illo opere venuſtatẽ. Attamen poſtmodum omni extrinſeca pulchritudine contempta ſpicas conterimus: & paleas ad ventum iactantes ad ſolũ granum curam extendimus: quod ſi deus facit in homine

quod tu ſapienter facis in meſſe: miraris & dãnas? Mirari potius debes hoĩm ignorantiã: temeritatẽ: audatiam: ꝙ ſe nõ agnoſcant: ꝙ deũ incuſent: quod iudiciũ eius nõ formidẽt. Deus ſpũs eſt. Vis cauſarũ cœleſtiũ atꝙ terreſtriũ in ſpiritibus eſt: oĩs corpea ſubſtãtia ab incorpea gubernaṫ: & regiṫ: flocipẽdẽda ergo & cõtẽptui habẽda ſunt corporea hæc mẽbra: anim⁹ vero omni cura excolendus: ſupradictis oĩbus aſtipulatur. Paulus immo ſpiritus ſanctus in Paulo loquens cũ inquit. Habemus theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus. Theſaurũ vocat animã: vaſa victilia ſunt mẽbra. Quorũ incomoda aĩabus materia virtutum: appetitus frenũ: & ſpiritualis ꝓfectus occaſio. Omnes qui ad verã ſapientiam vel peruenerunt vel peruenire voluerũt corpus non cõtempſerunt ſolum: verũ de induſtria macerarunt: Prętereo ſanctos de quibus id manifeſtum: Venio ad gentiles. Pythagorici a carnibus abſtinere. Diogenes cum baculo & pera mendicans: & diſcipulos mendicare docebat in cuius cõtemptũ (vt exiſtimo) dictũ eſt: a chriſto: nolite portare baculum neꝙ peram: vt oſtenderet longe etiam minorẽ: q̃ Diogenes prædicaſſet corporis curam a nobis habendã: ipſe Epicurus quẽ aliæ philoſophorũ ſcholæ quaſi impudicum & de ſummo bono male ſẽtientẽ explodũt: cũ cœnare lautiꝰ volebat & genio (vt aiũt) ĩdulgere pãe & caſeo victitabat. Sacerdotes Aegyptii in tẽplis ſe claudẽtes pane ſale & hyſopo veſcebanṫ: Gymnoſophiſtę apud indos (vt teſtꝫ ẽ Philoſtrat⁹ ĩ vita Apollonii Tyranei) ſe ĩedia extenuabãt ſomnũ & cũ perq̃ breuiſſimũ ĩ nuda hũo capiebanṫ. Caloris & laboꝝ ita patientes vt ſaxei viderenṫ de his

Plinius in ſeptimo naturalis hiſtoriꝫ libro de indis loquens ita dicit: philoſophos eorũ quos gymnoſophiſtas vocant: cõſtat ab exortu ad occaſum perſtare contuẽtes ſolem immobilibus oculis feruẽtibus harenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Socrates quarũdam mulierecularũ quas domi habebat contumelias: & opprobria & omne genus iniuriaꝝ ſic ferebat: vt ab eis ſe meliorẽ fieri prædicaret. De eodẽ Socrate legimus: niſi mea me fallit memoria: apud A. Gelliũ: ꝙ aiæ corpus ita ſubegerat: patiẽtiæ diſciplina ſic formarat: vt a veſpera vſqꝫ ad veſperam perdius & ꝑnox fixis in eundẽ locũ ſemꝑ oculis: & in eiſdem veſtigiis ꝑſiſtebat: quaſi facto a corpore mentis exceſſu: ſeneca de corpore loquẽs aſperius inquit: tractandũ eſt ne aĩo male pareat.

Qꝫ tota natura nõ cõſiſtit in aĩa. Cap. xxxv.

PRopter ea quę de corꝑis vilitate diſſeruimus: vt putauerũt quidã totã humanę naturę perfectionem in anima eſſe: corpus vero q̃ſi thæcam hoĩs & appendicẽ animi nihil ad integritatẽ naturę ꝑtinere: cui ſentẽtiæ obuiant nõ Peripatetici ſolũ: ſed & Catholici q animas ad corpora tanq̃ ad ſpeciei partem inclinari: & deſtructo corpore hoĩem interire ac eſſe deſinere dogmatizãt. Xp̃m inſuper in triduo mortis ꝓpter corporis & animæ ſeparationẽ: hominẽ non fuiſſe: eſt Theologorum cõmunis opinio: & ĩ eo allucinatũ eſſe volũt Petrum Lõbardũ: qui mgr̃ ſentẽtiarũ appellat̃: carnis etiam reſurrectionẽ prædicãt: vt in natura integrata recipiat vnuſquiſqꝫ ſtipẽ eorũ quæ geſſit in vita.

Quæ ſint mortis cauſæ contra philoſophos & mathematicos. Cap. xxxvi.

NEc de mortis neceſſitate cõqueri debet ſapiens: tria enim ſunt vitæ genera quæ experiri vnũquẽꝗ oportet: primũ in mortali corpore: ſecundum extra corpus: tercium rurſus in corpore: cum corruptibile induerit incorruptionẽ: & mortale exuerit mortalitateꝫ hic eſt animarũ circulus perfectus: cũ a corpore dimiſſæ rurſus in antiqua ſua mẽbra cõpleta periodo remearint. Eſt alia (vt aiunt) moriẽdi neceſſitas. ꝙ videlicet ex cõtrariis conflamus elemẽtis: quæ aſſidue agendo ac patiẽdo inuicem corroduntᷣ. Verum hæc ratio iudicio meo breuitatẽ quidẽ vitæ: mortalitatem vero nõ oſtendit. Conſtat enim diu ſtare nõ poſſe: quod aſſidue defluit. At ſi non ex cõtrariis elemẽtis ſed ex vno tantũ plaſmaretur corpus: elemẽtorũ cõtrarietas ablata eſſet: nõ tamẽ mortalitas. Corruptibile enĩ eſt corpus ſiue ex vno elemento conſtet ſiue ex pluribus. ipſa nanqꝫ elemẽta ſuapte natura morti & corruptioni ſubiecta ſunt. Non enĩ puto aerem ſi ſolus eſſet in mũdo: & ab alioꝝ elemẽtoꝝ cõtrarietate liber: fore incorruptibilemꝫ. Aliã mortis neceſſitatẽ a numero aĩaꝝ prope infinito Platonici trahunt. Aiunt enĩ materiã tot corporibus ſimul gignẽdis nõ ſufficere: quot animę ſunt fuerũt & futurę ſunt. & ꝓpterea vt alię ſuccedãt: oportere priores abſcedere: & corpoꝝ ſuoꝝ materiam nouis animabus quaſi domũ nouis habitatoribus tradere: vt ſpirituũ naturaliũ numerus impleatᷣ. Velle igitur ſemper viuere (ſi vera hæc ſunt) nihil aliud eſt ꝗ̃ mate=

riam aliis animabus debitā plus æquo velle occupare: & futuris impedimēto eſſe ne naſcant̄. Quod q̄ impro bū ſit iudicemus nos: q nondū nati eſſemus: niſi maio res nr̄i iā deceſſiſſent. Tu ergo q̄cūq; es q male viuēdo membra tenes in ſeruitute peccati. memēto corp̄is tui materiā expectari ab aīa fortaſſe meliori. Cui ꝙ diu vi uas infert̄ iniuria: ſi eius creatiōi tuę obſcœnę vitę ob= ſtat lōgitudo: cōſtituit ergo ſecūdū hos deꝰ breues di= es hoīs vt certi tp̄is curriculo oīum ſūma ꝓdeat aīarū. Ex p̄dictis īferri poteſt quod conceſſum eſt a philoſo phis oībꝰ materiā rerū corruptibiliū nō corrūpi: iuxta illud Naſonis Pythagoreoꝝ opinionem recitantis.
Nō perit ex toto quicq̄ mihi credite mundo.
Sed variat: faciemq; nouat: naſciq; vocatur.
Appetit aūt materia ſemp̄ nouis exornari formis: for= ma materiæ dominari. Et vbi vna forma deſtituta eſt materia ad eandē nunq̄ niſi in die iudicii: ad ſimilē ꝟo nō ſtatim reuertit̄: poteſt tamē & ſtatim hoc eſt breui tēpore reuocari: vt ſi corpus humanū manducetur ab homine: ſicut apud Anthropophagos mos eſt: traſeū te enim cibi parte in ſemen humanū poteſt ex illa ma= teriæ partiuncula fieri embryo: & ad rationalis animæ redire cōſortiū. Quod ſi curioſitas hūana q̄ſieret quo pacto fieri poſſit: vt eadē materię pars q̄ in pluribꝰ hu manis corp̄ibus fuerit: in iudicio ſurgat: cum oibus nū q̄: cum quonā igitur? aiunt Theologi q̄dam cum pri= mo reſurrecturā: & quod eius defectu minus erit in re= liquis: ſupplendū a deo: quēadmodū enim panes mul tiplicauit in deſerto: poteſt & materiā augere ī iudicio ꝙ ſi tota vnius materia fiat tota alterius: oportet nouā

alteri materiã dari: nec vt eccleſia docet ꝓprie carnis re ſurrectio eſſet. Aſtronomi vitã cœlo metiũtur: negat Epigenes centum vigintiduos vitæ annos excedi poſ=ſe. Beroſus centũ ſeptẽdecim. Reges Petoſyris & Ne=cepſos aiunt poſſe in Italia cõtingere vitæ annos cen=tum vigintiſex. Obſeruãdos annos climactericos mo=nẽt mathematici· hoc ẽ ſcãſiles & gradarios: & hi ſũt qui ex ſeptẽ & nouẽ numeris in vnũ cõfluẽtibus ſurgũt hi namq; duo numeri vt aiunt decretorii ac malefici: & ad vitã ſuccidẽdam pollẽtes ſunt: & ꝓpterea ſexageſi=mũtercium annũ ſæuũ & peſtilentem dicũt: ꝙ nouies ſeptẽ & ſepties nouem eũ numerum reddũt: hæc aſtro nomica ſuꝑſtitio: vt Trãquillus teſtis eſt ipſum quoq; ꝑturbauit auguſtũ. Sed vt Plinius inquit in ſeptimo li=bro naturalis hiſtoriæ capite xlix. Artis ipſius aſtrono miæ incõſtantia declarat ꝙ̃ incerta res ſit: Recurramus nos ad Paulũ apl'm qui non cœli ſed dei arcanorũ eſt cõſcius: & diſcamus ab eo ſtatutũ eſſe oĩbus hoĩbus ſe/mel mori. Iob etiam audiamus dicentem: ſtatuiſti ter=minos eius qui preteriri non poterunt: his contẽti cau=ſis inquirendis finem imponamus: nam iſta curioſitas eſt præcipitio vicina temeritas.

De cauſa breuis vitæ & mortis: & de annis anti=quorum patrum. Cap. xxxvii.

NEc de breuitate vitę dolẽdũ nobis eſt more The ophraſti: q naturã viſ⁹ eſt accuſare: ꝙ cornicibus Ceruis ac Elephãtis lõgiſſimam vitã dederit: hoĩ ꝙo cuius intererat: & cui maxiẽ debebať: in ſtatuẽdo vitæ ſpacio vſq; ad ſuſpitionẽ iuidię ꝑca fuerit: imo ſi Moſi

credimus naturę opifex deus in diſtributione vitę tam liberalis fuit: vt hoī poteſtatem fecerit nūq̄ moriendi: Sed qui ꝑfecte credunt diuinis eloquiis: & cū iuſticia & pietate vitā degunt prę ſentis exilii breuitate contempta: magis deo gratias agunt ꝙ homini cœlū apuerit: q̄ naturā accuſent ꝙ auara vitę fuerit. Sed finge nullā homini cœleſtiū bonoꝝ ſpem relictā: q̄d de breuitate vitę dicendū ſit in principio libri de bello Iugurthę luculēto ſermone Criſpus explanat. falſo inq̄t queritur de natura ſua genus hūanū: ꝙ ætas imbecilla atq; breuis æui forte potius q̄ virtute regatur. nā contra reputādo neq; maius aliud: neq; p̄ſtabilius inuenies: magiſq; naturę induſtriā hominū q̄ vim aut tēpus deeſſe: ſed dux atq; impator vitę mortaliū animus eſt: ſic ille: Qꝫ vero ante diluuii generalis egreſſum fuerit vitę humanę tāta ꝓlixitas. neq; mirari neq; illi ſęculo inuidere: neq; eā ſibi optare quiſq̄ debet: Erant illis quidem homībus (vt Aſtronomi aiūt: & expimento conſtat) Cœli ꝓpitiores. Volunt nāq; Aſtronomi duos eſſe zodiacos: vnū in nona ſphęra: alteꝝ in octaua: quod firmamētū vocant: & initio rerū ac tempoꝝ ſic a deo diſpoſitos vt aries arieti: taurus tauro: geminis gemini iungerentur: & amboꝝ coeuntibus in vnū viribus fortior in terris fiebat influxus. vnde & herbas tunc ſalubriores: & fructus terrę meliores: & longiores animātium vitas fuiſſe non dubiū. Poſtq̄ ſoluta ꝑ motū ſocietate ab inuicem diſceſſerunt: totus inferior mūdus ægrotauit. Superaddunt Theologi primum parentem filios & nepotes talibus diſciplinis imbuiſſe: vt quid vtile / quid noxium vitę eſſet: per ſe vnuſquiſq; ſaltem cognoſceret.

Addũt & terrę vliginẽ tũc ſyncerã frugibus ſuppeditaſ
ſe alimentũ melius & vberius: q̃ poſt diluuiũ ſalſedine
maris imbibita debilior fuit Et deũ iccirco vetuiſſe ne
Adam de ligno quod vitæ dicebatur: quia vitæ ꝓdu=
cẽde vim habebat: iterũ deguſtaret: ne ꝓlõgaret ſimul
cũ vita miſerias: debuiſſe aũt potius illos q̃ nos tã diu
in vita eſſe ſic ꝓbant: ꝙ videlicet nulla p̃deceſſoꝝ inuẽ
ta: nullas artes: nullas ſciẽtias tũc habentes oportebat
lõgis experimẽtis ea ꝑdiſcere: q̃ nos ex aliorũ ſcriptis:
& ex maioꝝ noſtroꝝ lucubratiõibus facile & cõpẽdio
ſe docemur: Reducta eſt tãdẽ cõmunis vitæ hũanæ ſũ
ma teſte Dauid in pſalmis ad annos ſeptuaginta: & in
eodem adhuc ſtatu perſeuerat.

De annis hoĩm ãte diluuiũ: cõtra Pliniũ. Ca. xxxviii.

EX his patet illos primi ſæculi annos fuiſſe nr̃is pa=
res vel Paulo minores: tãto ſcilicet q̃to lunaris ſo
lari eſt breuior. Dauid enim de annis loquẽs a ſuæ gen
tis more qui deſcendit a Moyſe nõ receſſit: Plinius in
ſeptio naturalꝰ hiſtoriæ libro capite. xlviii. ſic de anniſ
ĩquit: Annũ alii æſtate vnũ terminabãt: alterũ hyeme
Alii q̃driꝑtitis temporibus: vt arcades: quoꝝ anni tri=
meſtresꝰ fuere. Quidã lũe ſenio: vt ægyptii. Itaq; apud
eos aliqui ſingula annoꝝ milia vixiſſe ꝓdũtur: ſic plini
us. Quibus verbis oſtendit ſe putare annos qui primis
patribus tribuũtur fuiſſe mẽſes: Verũ hæc exiſtimatio
ꝑ ſe ſatis exploditur: lõge enim plus nos viueremus: q̃
illa mũdi adhuc recẽtis antiq̃tas: nam cẽtum ãnis: mil=
le ducẽti menſes includuntur: q numerus annoꝝ nulli
illoꝝ aſcribitur: ſed quod euidẽtius argumẽtũ eſſe po=

teſt aduerſus eos q̇ annos hebræorum mẽſes dicũt q̃ ipſe Moyſes qui dixit: vixit autẽ Malalahel ſexagita quinq; annis: & genuit Iared. certe ſi annos ꝓ mẽſibus accipit. Malalehel quinq; annos & totidẽ mẽſes natus genuiſſet: q̇d vt Perſius inq̇t. Nõ ſani eſſe hoĩs nõ ſanus iuret Oreſtes. Sed de his tranſeunter hæc dicta ſint.

Quod vita hũana non ſit breuiata. Cap. xxxix.

CEſſat inſuꝑ illorum opinio q̇ dicũt vitã hũanã eſſe breuiatã. Nã ſi tẽpore Dauid idẽ: quod mõ eſt ſpaciũ vitæ fuit: quõ dicemus indies vitã breuiari? Et q̇dem inter Dauid & nr̃am hanc ætatẽ annorum duo milia quingẽta: & eo amplius interceſſerunt: quo tẽporũ curſu longiſſimo manifeſta vitæ breuiatio facta eſſet. Quod ſi dicas vſq; ad centeſimũ annũ & amplius illis tꝑibus quoſdã ſuꝑuixiſſe: reſpõdebo & poſterioribus ſeculis idẽ cõtigiſſe: & nũc quoq; cõtingere Argãtoni⁹ rex Tarteſiorum cẽtũ quiq̃ginta. Cinyras rex Cypriorũ decẽ amplius. Epimenides centũ quiq̃gita ſeptẽ. Gorgias ſiculus centũocto: vel vt Pauſanias inq̇t centũ quinq; M. Valerius Coruinus centũ. Terẽcia Ciceronis centum & ſeptẽ vixit ãnos. Sub Tito & Veſpaſiano: ſicut Plinius meminit in ſeptio libro naturalis hiſto. cẽſu ꝑ Italiã agitato viri centũ & viginti annos nati. Parmæ tres reꝑti ſunt Brixelli centum & viginti quiq; vn⁹. Itẽ Parmæ centũ & triginta annorum reꝑti duo in veleiacio oppido placẽtino ducẽtorum & decẽ annorum ſex. Ioãnes quidam Caroli Magni Romanorum Imperatoris armiger vitę lõgitudĩe par Neſtori tercẽtum annos vixiſſe

ꝓhibet. Ex quibus veriſimile ſatis eſt quod Petrus Aponẽſis rationẽ ſideralẽ ſequẽs in cõciliatore dicit vitã humanã mõ breuiari: modo ꝓduci pro vario curſu & diſpoſitone celoꝝ. Patet etiam vanũ eſſe quod Epigenes: & Beroſus. Petoſyris: & Necepſos & alii Mathematici de terminis vitæ tradiderũt. Nõ ergo de ſpacio vitæ nr̃æ dolẽdũ: ſed omnino curandũ ne fruſtra viuamus. Phocylides dicit vitã eſſe trochũ: eſt aũt trochuſ reuolutio: rota: Curſus: cuius finis certus: ſed qñ: incertum. Propterea a Chriſto dictũ eſt. Vigilate itaq; quia neſcitis diem neq; horam.

Qꝫ ægritudo præſeruat a multis flagitiis Ca. xl.

EST aliud quoddã in infirmitatibus priuilegiũ ſingulare. quod in liberis ciuitatibus licet aduertere vbi vt plurimũ factiones ſunt: & cõtẽtio eſt inter ciues de potẽtia & de honore ac p̄ſidẽtia: dũ enim quiſq; clientelas habet: & ſuos tueri: ac extollere nititur cũ magno conſciẽtię detrimẽto/multũ laboꝝ/multũ ꝑiculoꝝ frequentꝑ ſuſcipimus: & pedetẽtim in anguſtias pellimur: a quibus explicari ac expediri poſtmodũ vel impoſſibile vel certe difficile. At qui bene valet: & ab huiuſmodi officiis cõtinet: ignauꝰ: ſegnis: ſtolidus putat̃ ſed qui morbo impediente detinetur: malarum operarum conſcientiæ nõ ponit offendiculũ: & apud oẽs in prõptu habet excuſationẽ: viuit ſibi: ſanos autẽ ſibi viuere non licet vnoquoq; in ſui fauorẽ illud Platonicum vſurpante. Non ſolum nobis nati ſumus: ſed or tus noſtri partem patria: partem amici ſibi vẽdicant. Quoꝫ putas reperiri poſſe qui mallent ſe morbo vel grauiſſi-

mō tunc detentos fuiſſe: cum aliquando illa Bononiæ negotia tractauerūt: aut cū illis amicis fauerūt: vnde poſtmodū ſeditiōes exortæ: tumultus excitati: manus cōſerte ſunt: ac excidia & incēdia ſubſecuta? Cum Lucius Catilina (cuius impiū ac inmanē conatū Cicero ſua ꝓdentia repreſſit) ciuili bello ſuperatus & accepto lœtali vulnere corruēs terrā momordit: maluiſſet tum cū eam cōiurationem adortus eſt: podagra laboraſſe: Duo fratres ex gracchoꝝ familia viri ſeditioſi. Caiꝰ & Tiberius cū ſe inſidiis circūuentos & ab armatis ciuibꝰ oppreſſos videre: cupiiſſent ſe tunc cū de lege agraria facere ad populū verba cœperūt Chiragræ doloribus infeſtatos. Iulius Ceſar: qui tantā eſt auſus tyrannidē cū in ſenatu ſe a cōiuratis peti cōſpexit & cōfodi: ꝑoptaſſet ſe tunc qñ cum copiis rubiconē traiecit: grauiſſia febre correptum ægrotaſſe. Egritudines igitur & ſi a quibuſdam virtutū officiis tardāt: ab innumeris tamē quę facturi incurſiue fueramus delictis ꝑiculiſq; nos liberāt Poſſem in patria tua multa reperire q̄ dictis meis aſtipulentur: ſed parco: nam ea & nō fuiſſe: & poſtq̄ facta ſunt ex memoria hominū receſſiſſe deſidero. Nōnunq̄ igitur vnius viri infirmitas totius familiæ: tocius ciuitatis: totius etiā ꝓuincię eſt ſanitas. Ecōtra unius ſanitas eſt multoꝝ & pene infinitorū ægritudo: Et in hoc dei bonitas ſimul & ꝓuidentia maxime cernitur: ꝙ noſtris incōmodis voluit cōmodū aliquod admiſcere: vt vnius amaritudineȝ dulcedo tēperaret alterius. Ita fit vt ex his noſtræ vitę miſeriis & ærumnis ſi bene vti ſciuerimus fælicitatem poſſimus exprimere.

Quod ex aduerſitatibus naſcatur iucunditas ſpiritualis. Cap. xli.

TRanſeamus ad ſpiritualia tẽpore Pauli apl'i: hoc eſt ad ſpirituales fructus aīæ beneualẽtis palato dulciſſimos: Sed gradiamur ea via quã ipſe mõſtrauit ne nouã adorti fortaſſe fallamur: ſed quo melius perci pere poſſis: prius ſententiã vnã platonicoꝝ euoluam: aiunt enim Platonici duplicem eſſe virtutem: vnã pur gatoriã animi: alterã vero animi purgati: Prima cũ vi= ciis adhuc pugnat: altera domito iam vicioꝝ exercitu cõpoſitiſq; regni ſui rebus pacifice ſine vlla rebelliõe gu bernat: prima armatur vt appetitũ ſubiiciat rationi & vt peſſimũ hoc quod intra nos inter rationẽ & appeti= tũ geritur bellũ: excludat: peſſimũ inquã bellũ: nã ex= terna bella mala quidẽ ſunt. Ciuilia peiora: domeſtica peſſima: que vero intra nos geruñ inteſtina tanto ſũt peiora quãto animæ q̃ corporis eſt peior interitus. Vir tus purgatoria graditur ꝑ ſpineta: ꝑ loca arida inuia & inaquoſa ꝑ caua valliũ: ꝑ ardua montiũ: eo ſcilicet iti= nere: quod vt Prodicus inquit Herculi virtus oſtendit ad gloriã. Finxit enim Prodicus Herculi adoleſcenti voluptatẽ & virtutẽ in muliebri ſpecie apparuiſſe: & eũ certatim ſtuduiſſe ad ſeſe allicere illã pollicitãdo deliti as & genus omne libidinis: cuius tamen finis futurus eſ ſet vitupium: dedecus: & ignominia: hanc vero offerẽ do primũ quidẽ difficilia ardua: aſpera: mox aũt lau= dem: honorẽ ac immortalitatẽ: prima illa ſeuera præ= ludia: virtutis purgatoriæ ſunt rudimenta: & eius q ad veram gloriam niti velit: tyrocinia prima: quę vero ſe=

qnũtur dulcia & amæna: fructus ſunt animi iã purgati Prodico Pythagoras cõcordauit græcã vocalem. y. a Palamide vel Simonide inuẽtã: nam de autore dubi= tatur: Interpretãs ſiniſtrũ Ramũ quia in imo latior: in ſummo anguſtior: vbiq; planior: & aſcẽſu facilior: vici is dedit. Siniſtrũ vero virtuti: quia lõgus & arduus de radice primũ ſurgit anguſtus: aſcendẽdo expãditur: & inſtar palmæ tãto ſpiſſior q̃to ſublimior in latã planici em cacumẽ extẽdit. Prima pars rami dextri eſt purga= toria: & ſũmitas illa plana purgati animi virtus eſt: ty pum gerẽs Chriſti: q dixit. Venite ad me oẽs qui labo ratis & feſſi eſtis: & ego reficiã vos: victa difficultate p̃ ambula id eſt ꝑturbationibus ſedatis: tũ demum cũ ra tione regnat virtus. Tũc ex virtute q̃ſi ex vite bene re= paſtinata: & arbuſto ſuo alligata ꝓdeũt hi fructus: q= bus mẽs ipſa nutritur & viget: apes imitata quæ eodẽ melle quod ꝓcreant viuũt: anima eſt tellus: arbuſtũ ap petitus: vitis eſt virtus. Quæ de virtute diximus ad ea quæ videntur oculis maioris intelligẽtiæ gracia redu= camus. Vt duplicem virtutẽ diximus: ſic duplex quoq; Triticum dicamus. Laſſitudinis vnũ: refectionis alte= rum: vt dialecticorũ more vtamur vno & pluribus: in quod multipliciter fertur itellectus: primũ ergo triticũ eſt dum aratur: & ſeritur: rũcatur & metitur: vapulat & molitur: alterũ eſt dũ mãducatur. Hoc igitur quod palato iucundũ eſt: quod voluptatẽ affert & nutrimẽ= tum: tantis laboribus eſt partum: tot pruinis canduit: riguit tot niuibus: maduit tot pluuiis. aruit tot ſolibus expauit tot grandines: & tandẽ poſt tot iniurias ſucci= ſum & cum multo ſudore perlatũ in aream: verberibus

tunditur: iactatur ad ventũ: fertur ad catyllũ. & cribro polinario excuſum globatur in maſſam: fermento cor rumpitur: pugnis ſubigitur. Ad vltimũ quaſi iam quo dam martyrio conſumandũ redigitur in trochiſcos: & in fruſtra diuiſum torretur in clibano. Sic ꝑfecto virt⁹ quæ magna futura eſt: in difficultate plãtatur: radicat in dolore: germinat ĩ ærũnis ſudore rigatur. curis ſter= coratur. firmatur anguſtiis. floret in laboribus: frõdet in negociis: fœtat in aduerſis: cum ergo virtus ſumpſit incrementũ: & gratiæ ſole incaleſcente coaluit: incipit fructus afferre mirificos. Tũc omnes ſicut nos amam⁹ alienis gaudemus bonis æque ac ꝓpriis: intus ac foris nobiſcum & cũ aliis pacifici ſumus. Tunc a imi noſtri cõpotes ac reges incõmodo omnia æquanimiter feri= mus. In fidei & modeſtiæ: pietatis & ſapientiæ: caſtita tis & iuſticiæ ſtudiis exultamus. Virtutũ ergo fructus: ipſarũ virtutũ eſt vſus: cũ per morẽ & habitum factus eſt operanti leuis & dulcis. Vides quo pacto tandem ex ſpinis vuas colligimus: tum ſcilicet cũ gregem affe= ctuũ diſpeſcẽtes ſtudioſe curamus ſeminatas in nobis a natura virtutes: hoc eſt ergo vt reſpõdere propoſito incipiamus: quod in ſecunda ad Chorinthios epiſtola Paulus dicit. Sed ordinem verborũ ſolerter attende: In omnibus inquit exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in multa patientia: in tribulationibus: in neceſſitatib⁹ in anguſtiis: in plagis: in carceribus: in ſeditionibus: in laboribus: vigiliis: in ieiuniis. hucuſqꝫ per patiẽtiæ ſpi= neta gradiendo: virtus purgatoria laborauit: & Ariſte us vt mel inueniret: cum Proteo depugnauit: quę mox ſubinfert: ſunt mel quod quęritur: ſunt quas vitis in

terra paſtinata hoc eſt virtus in mente purgata fruges emerito reddit agricolæ. Sequitur enim ſic eodem loco: in caſtitate: in ſciētia: in lōganimitate: in ſuauitate: in ſpiritu ſancto: in charitate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Notādū aūt ꝙ ꝑ virtutes nō habitus ocioſos: & ſine operibus mortuos qui arbori infœcundæ ſunt ſimiles: ſed iugi exercitatiōe fructiferos cōmendat Apoſtolus: & in euāgelio dixit xp̄s: ignem veni mittere in terrā: & quid volo niſi vt ardeat?

Quod debuit eſſe naturarum varietas ad oſtendendam dei ſapientiam. Cap. xlii.

MEmini me libro ſecūdo capite quarto cū de cōplexionibus ageremus: citaſſe Plotinū dicentē ad decorē vniuerſi nō parū facere: immo & neceſſariaꝫ eſſe rerū varietatē. placet ſuaſioni huic ratiunculā addere patientiæ ꝑfectui ſatis accōmodatā. Sumit auteꝫ hæc ratio ab oſtēdenda arte ſūmi opificis: & eſt huiuſmodi: ſi pictor vnicolorē faciat parietē: quāq̄ coloris ſit & pretio cariſſimus: & ſpecie amæniſſimus vt purpuriſſum: putares ne tu id eſſe cōſumari op⁹ artificis: Nō putaret hoc Appelles nō zeuſis non Parrhaſius: putaret fortaſſe Cleophātus & aliquis eoꝝ pictorū: qui arte nōdum ꝑfecta monochromata pinxerūt. At qui exactiſſime artē adepti volunt abſolutiſſime pingere: & penicillo naturā æmulari: vt Protogenes: q̄ in ducēdis lineis cum Appelle certauit: nō colorē vnum tantū adhibēt: ſed minio: armenio: Cinabari: Chryſocolla: indico: Sādaraca purpura: cocco: ſinopide: hyacintho: Balauſto: & aliis id genus quaſdam arbitratu ſuo figuras faciēt: & quaſdā veras certā rem exprimētes: quas

iconas vocãt exarãtes: ibunt in infinitã rerũ varietatẽ: Pictor quia res ipſas creare nõ poteſt rerũ imagines facit: id eſt artis ſummũ beneficiũ nihil expectes ab ea pſtantius: ſed deus qui nõ imaginũ ſed rerũ eſt artifex: ſuã aliquando volẽs mõſtrare peritiam: venit ad officinã: & in ſe cõtemplatus naturaꝝ imagines: quas ideas & paradigmata græci vocant: animũ extẽdit ad operandum: Sunt autẽ in eius mente: nõ quarũdam paucarũ: immo cũctarum imagines rerũ: & faciũdoꝝ operum viua exẽplaria: Iccirco Platonici dicũt creationeꝫ ac ꝓductionẽ nihil aliud eſſe q̃ aſſimulationem. Deus enim & miniſtri eius angeli Cœlorũ motores ad ideas reſpicientes cuncta producunt. Vnde & Moſy dictum eſt: inſpice & fac ſecundum exemplar: quod tibi in mõte monſtratum eſt. Nec tibi nouum videatur quod audies Quot in mente diuina ſunt Idee: tot nec plures poſſunt gigni a deo naturæ: finge enim plures gigni ſequeř eas factas quaſi ab ignorãte: Faber nãq; qui clauum excudit cuius in mente ſpeciẽ nõ habuit: certe q̃ſi dormiens & ignorans fecit: at idea eſt ſpecies & ratio mẽtalis: rei faciũde naturã oſtendẽs. An vero res creatæ tot numero ſint quot Ideę: ſcire quis poſſit niſi ipſe q fecit. Nõ decuit igitur vnũ effectũ fluere ab artifice cuius opus immenſæ ſignũ eſt ſapiẽtię. Et ne videatur idem ſepius repetitum fecit naturas inſtar numerorũ: immo inſtar idearũ hoc eſt inæquales: oportuit ergo quaſdã eſſe minores: quæ maioribus collatæ quãdam humilitatẽ præ ſe ferrent: & ſic ex pluribus naturarum gradibus ſcala cõſurgit: ꝑ quẽ intellectus in eũ aſcẽdit: ſupponens enim ea eſſe numero finita quæ ordinẽ ha=

beant ab eſſentia:naturã quandã primã & præcellẽtẽ reperit:a qua tanq̃ a pelago perfectionis:fluant in alias riui bonitatis:& hoc eſt quod Iacobus apl'us dixit. Omne datum optimũ;& omne donũ ꝑfectum deſurſum eſt:deſcendẽs a patre luminũ:apud quem nõ eſt transmutatio:neq; viciſſitudinis obumbratio:hoc eſt de quo Ariſtoteles inquit eſſe animal æternũ a quo deriuatur eſſe & viuere:his clarius.his obſcuri⁹.hui⁹ imago viſibilis eſt ipſe mũdus.ſi enĩ ſeruata ſubſtãtia mũdo q̃titatẽ abſtuleris: remanebit quædã rerũ ſine magnitudine inmenſa congeries:cuius magnitudo erit bonitas inſerta ſubſtãcie· Ad oſtendendã igitur ſapiẽtiã tanti artificis factus eſt mundus:& in mundo omnia & inter oĩa nos hoĩes loco ſatis digno conſtituti:hoc eſt in angulo hemiſphæriorum vbi duo parietes diuerſi tẽperalium ſcilicet & æternorũ miro artificio cõiungunt de iſta creaturarum multiplicitate Paulus ad corinthios ſcribit dicens.non omnis caro eadem caro:ſed alia hominũ:alia pecorũ:alia volucrũ:alia piſciũ:& corpora cœleſtia:& corpora terreſtria.ſed alia quidem cœleſtium gloria:alia terreſtriũ:alia claritas ſolis:alia claritas lunæ:alia claritas ſtellarũ:ſtella enim a ſtella differt in claritate.Et quæ eſt in naturis eadẽ eſt in donis repetita diuerſitas.In Abel namq; claruit iuſticia.Pietas in Enoc:In Noe lõganimitas.Religio in Melchiſedec.Fides in Abrahã:in Iacob fœcũditas:in Ioſeph pudicicia:in Sanſon fortitudo: in Dauid ꝓphetia :in Salomone ſapientia:in Abſalone forma:in Petro credulitas:in Paulo Conſtãtia:in Ioanne ſcientia:& vt in prædicta epiſtola Paulus inquit.diuiſiones vero gra=

tiarũ ſunt .idem aũt ſpiritus & diuiſiones miniſtracio-
num ſunt.idem autẽ dominus. & diuiſiones operatio-
num ſunt.idem aũt deus qui operatur omnia in omni-
bus. & paulo infra hæc autẽ oĩa operatur vnus atq; idẽ
ſpiritus: diuidẽs ſingulis prout vult. In hoc vltimo ver
bo obſtruitur os noſtræ temeritati. quod enĩ nobis cõ
ſtat deũ velle: perſuaſi id nõ poſſe niſi bonum eſſe: de
bemus humiliter & reuerenter ferre.

Qꝫ mũdus eſt quoddam ſpectaculũ nobis a deo exhibitum quo inuitamur ad patienter ferendum omnes aduerſitates. Cap.xliii.

SApientia ergo diuina tot rerum exhibitura ſpe-
ctaculum quaſdam naturas cõdidit quæ ſpecta-
rentur tantũ: vt inanimata: quædã etiam animata rati
one carentia Quedã vt & ſpectarentur atq; ſpectarent
vt homines & Angelos: qui mũdum hunc quaſi quod
dam theatrũ mirabilium rerum refertiſſimũ videntes:
dum opera admirantur: opificem prædicant. quorum
vnus erat q̃ dicebat. Cœli enarrant gloriam dei & ope-
ra manuũ eius ãnunciat firmamentũ Item cõſideraui
opera tua & expaui. Itẽ delectaſti me dñe in factura
tua: & in operibus manuũ tuarũ exultabo. Eat nunc &
pro re mirabili oſtendat Callicratides ex ebore formi-
cas & alia tam parua animalia vt partes eorũ vix ocu-
lis cerni poſſint: afferat Mirmecides quadrigam ebur
neam quam muſca alis integat: recitet Cicero pro mi-
raculo Iliada Homeri ſcriptam in membranis tã par-
uo volumine vt nuce includeretur. Fecerit Ariſtides
Thebanus pictor tabulam q̃ centum talentis licitatus
eſt Attalus: emerit Timonachi duas tabulas octagin-

ta talentis Cæſar dictator. Cuidiam venerem tota græcia inclytam Praxiteles fecerit. Demetrius expugnator Rhodo pepcerit ne protogenis tabulam cõcremaret: Iouẽ olympiũ Phidias: capitolinũ: & epheſiã Dianam Mẽtor exculpſerit· hæc hoĩes olim mirabant̃ & ad quinquẽnale græcię certamẽ afferebant celebritatẽ famæ & ĩmortalitatẽ nois aucupãtes. At deus hoc totum quod cernis quod etiã non cernis: fabrefecit: oculos dedit vt videas: mentẽ vt cognoſcas q̃ laude quo honore dignus eſt opifex: pars prima tanti ſpectaculi ſunt iſta mortalia corporea terrena: ſi hec bene ſpectaueris: & opificem ſpectando pia mentecolueris: oculis tuis æterna ſubiiciet: q̃ cũ tanta animi voluptate ſpectabis: vt ab eis diuelli nunq̃ poſſis: ſi vero hãc primã ꝑtem ſtulte & infãtiliter ſpectaueris: tanq̃ indignus q ĩmortalia videas: excluderis: ꝓpterea ſcriptũ eſt de virginibus fatuis: ꝙ dum irẽt oleũ emere: clauſa eſt ianua: & clamãtibus Dñe dñe aperi nobis: reſpõſũ eſt. Amẽ dico vobis neſcio vos: excluſæ ſunt quia ſe ac alia male ſpectauerãt: nec in ſe & aliis deũ cognouerãt. Vade ergo & gaudete in ſortẽ miniſterii huius aſcitũ a deo: & fer æquo animo vitę moleſtias: vt tranſire poſſis ad diuinarum rerum cœleſte ſpectaculum.

Cõparatione rerum inæqualium ꝓbat meliorem eſſe vitam ſanctam cum aduerſis: q̃ vitam felicem cũ viciis. Cap. xliiii.

ALiud eſt quod ideo tecũ volo ꝑcurrere vt ad diuinam ſapientiã magis intentus eius te bonitati credas ſecurius. Empedocles autor ẽ (licet id ſibi vſur=

pet Ariſtoteles)quattuor eſſe mortaliũ rerum ſemina primitiua: q̃ nũcupamus elemẽta. Ignẽ. Aerẽ: Aquã & terrã. Hæc ita cõtraria ſunt: vt eciam cõueniant: ſic colligata ſunt: vt annuli quattuor inuicẽ ſe cõplexi. Ignis quod defecatiſſimũ eſt elemẽtũ: ꝑ ſiccitatẽ terre cõnexus eſt. per frigiditatẽ: terra aquæ: per humiditatẽ: Aqua aeri: ꝑ caliditatẽ Aer igni. Quattuor iſtæ primæ q̃litates. Caliditas: Frigiditas. Hũiditas. Siccitas ita cõiugate ſunt in elemẽtis: vt qualibet eaꝝ bis repetita cõbinationes quattuor reddãt. Quod ſi quæras q̃ conbinationũ iſtaꝝ p̃ſtantior: reſpõdebo: videri eã quę in nobiliſſimo elemẽto ſit poſita: hoc eſt ſiccitas & calidi tas q̃ eſt in igne. Si vero vtra iſtarum qualitatũ ſit nobilior quæras: nõ erit abſurdũ caliditati dare principatum: ꝙ eã primũ elementũ & ſi cõmunicat (neq; enim ꝓpriam habet) nõ niſi tamẽ aeri ſecũdo ſibi in dignitate cõmunicat: ſiccitatẽ vero & terra participat. Videtᷣ eni iure nobilius id quod in ſecũdũ: q̃ id quod in quartũ a primo diffunditᷣ: nam meliora melioribus natura cõiungit. Vides igitur vt hæc miro modo ſibi cohæreant: & incõparabili artificio colligentur: hoc quidẽ viderũt philoſophi: at aliam rerũ cõiugationẽ nõ viderunt: quã volo (ſi placet) paucis explicemus. Quattuor in vniuerſo genera ſunt vitæ. Mũdana: infernalis: purgatoria: cœleſtis: hoc eſt mũdana ad cœleſtẽ: quod terra ad ignẽ. Sicut enim terræ ſiccitatẽ & frigiditatẽ damus: ſic mũdanæ vitę attribuimus: ꝑ frigiditate ĩmundiciã: pro ſiccitate læticiã. Qui enim ſecundũ mũdi ritum vitã ducũt hi ſunt: de q̃bus diciᷣ tenẽt tympanũ & citharã: ducunt in bonis dies ſuos: & in pũcto ad in-

ferna deſcẽdũt: in q̃bus rebus vir ſapiẽs cũ inmũdicia
læticiã expreſſit: non enim ad inferna deſcendere dici
poſſent: niſi eſſent viciis inuoluti. Cœleſti vitæ damus
cũ ſanctitate læticiã: in purgatoriã vero q̃ eſt vitæ cœ-
leſti quod eſt aer igni ſãctitatẽ a cæleſti deriuamus: eã-
qꝫ triſticię copulamus: ꝙ triſtari oporteat: q̃ torquent̃
infernali aũt quæ omnino a cœleſti ſicut aqua ab igni
diuerſa eſt: attributa eſt ĩmundicies cõiuncta triſticiæ.
Sunt igitur tot qualitatũ cõbinationes in quattuor his
vitis quot & in elemẽtis. Verũ illæ corporeę: iſtæ ſpũa
les q̃ ſunt: ſanctitas & læticia: ſanctitas & triſticia: im-
mũdicia triſticia: læticia ĩmundicia. Sed reſtat dubita
tioni reſpõdere. Videor enim infernalẽ vitam munda-
næ p̃ponere: cũ illã aquæ cõfero: & iſtã terræ: dicimus
hoc ideo nos feciſſe. ꝙ ſicut aqua ẽ tellure ſubtilior ac
ĩmaterialior: ſic & ĩfernalis vita iã terrenis defũcta cor
poribus q̃tenus defecatior: eatenus videri poſſit eſſe p̃
ſtantior: ꝙ ſi cõtendas meliorẽ omnino eſſe mundanã
vitã: reſpõdebo & terrã in multis aquæ p̃ferendã. Sed
age hæc p̃termittamus: ſequamur ea q̃ plus habẽt eui-
dentię: & minus audatiæ: plus vtilitatis: & minus am-
bitionis. Mundana ergo vita cũ cæleſti cõmunẽ habet
leticiam. At infernalis aquę cõparata cũ cæleſti habet
ſicut cũ igne aqua: nullum cõmertium: eſt enim triſtis
& ſordida. At cæleſtis lęta & ſancta. Purgatoria vero
aeri collata: quia ſancta eſt & triſtis: infernali aſſimila
ta eſt in triſticia: in ſanctitate cœleſti: ſi ergo quis quæ-
rat: quę iſtarũ cõbinationum ſit potior: nonne reſpon
debitur cũ ſanctitate p̃ſtare læticiã? Quid enim his me
lius excogitari poteſt? Si vero querat̃ quę duarũ qua-

litatū ſanctitatis ſcilicet & læticię p̄ferenda ſit. reſpōde
bimus eadē ratione p̄ponendā eſſe læticię ſanctitatē:
qua ſiccitati caliditatē pauloāte p̄tulimus: ꝙ videlicet
ſanctitas eſt id in quo ſecundū primo: p̄ſtabilius opti=
mo cōiūgat̄. Nam purgatoria q̄ p̄cellit mūdanā: cæle=
ſti in ſanctitate cōiuncta eſt. Quorſum hec putas altiuſ
repetita? Nēpe vt ex rebus naturalibus oſtēderem lon
ge p̄ſtantius eſſe cū ſanctitate triſtari more illoꝝ q̄ de=
gunt in purgatorio: q̄ inter ſordes & inopiā more ſuū
exultare: quorū vita eſt in cœno volutari. Aegrotanti
um vero vita vt eſt omniū ſanctoꝝ cōmūe iudiciū: ſi be
ne (vt debēt) ægritudines ferant: nō mūdana vita eſt:
ſed purgatoria: ſi purgatione indigent. ſin aūt nō egēt
in ægrotante tutela eſt virtutum: ꝓximo ad ſanctitatē
hortamētū: vtriqꝫ meritorū augmētum. Vide iā vbi ſis
eo enim ratiocinādo deductus es. vt tibi neceſſario fa
tendū ſit longe melius eſſe: pœnas ferre cū ſanctitate:
q̄ in vitæ turpitudine lætari. Sed pauliſp ad elemētoꝝ
ſpeculationeꝫ redeamus: Ignis ſupne vbi cœlo iungit̄:
eſt defecatior: vbi aerē circuit: ī aerē degenerat: aer vbi
ignē cōtingit: eſt rarior. clarior: vbi aquę cōmittit̄: den
ſior: obſcurior: nebulis enim & vaporibus affectus im=
bibit alienę naturæ cōtagiū. Aqua vbi terrę vicina eſt:
terreſtrior eſt: vbi magis diſtat: purgatior: limpidior:
terra q̄ aquis abluitur mūdior: vt harena: q̄ terra eſt di
luta. Inferiora igitur ea parte qua ſuperiora cōtingunt
meliora ſunt: Purgatorii ergo vita q̄ ſecūdo gradu eſt
a cœleſti: ea parte qua cœleſti appropīquat: eſt melior
appropiat aūt per ſanctitatem: ꝙ ſi tantum conari &
ꝑficere poſſes: vt haberes cum ſanctitate lęticiā: more

apoſtolorũ: de quibus ſcriptũ eſt: Ibant Apl'i gauden tes a cõſpectu cõcilii: quoniã digni habiti ſunt ꝓ nomi ne Ieſu cõtumeliã pati: iam purgatoria vita trãſiret in cœleſtẽ: eſſetq; homo nõ terrenus: ſed cœleſtis cũ apo= ſtolo iã nõ tu viueres: ſed viueret in te xp̃s: Laborãdũ igiẽ quoad fieri poteſt: vt in hoc vitæ breuis purgato= rio viuere ſancte iucũdeq; valeas: q̃ ſi faceres: iã beati= tudini vicinus cœleſtẽ i terris vitã inciperes. & ſicut aer igni cõtiguus parũ ab ignis natura ſeiũgitur. ſic homo patiẽs & gaudẽs videtur in angelorũ trãſiſſe cõſortium hinc Paulus dicebat: noſtra aũt couerſatio eſt in cœlo: & alios exhortatur clamãs. Quę ſurſum ſunt quærite: nõ q̃ ſuper terram: quæ ſurſum ſũt ſapite: & in pſalmo dicitur: cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuũ.

Q; tolerantia aduerſitatum facit breuiorem tran ſitum ad paradiſum. Cap .xlv.

AVdi (precor) & aliquid inſipiẽtiæ meæ ſuſtine. Si dicat tibi deus: vbi triginta annos in hac vita: & totidẽ poſt mortẽ in purgatorio egeris: ꝓtinus in cœlũ admitteris. Dic ſodes: ſi cœli gaudia recte æſtimaueris nõne lõge magis eſſet votis expetendũ: vt purgatorii tẽpus cũ vitæ ſpacio quæ non niſi breuis eſſe poteſt: ſi mul excurreret? & vtrumq; vita ſcilicet & purgatio vna eadẽq; periodo finẽ acciperet: quo cœli mox cõſors fie res: quã poſt vitam q̃ nõ niſi laborioſa & ærũnoſa eſſe poteſt: maioribus iterũ cruciatibus deſtinari? & a cœli deſiderio tã diu fraudari: via ad bonũ q̃to cõpendioſi or: tãto optabilior: quia melior: Habes igitur p̃cipua dei liberalitate munus hoc magnũ & ſingulare: quod

multis precibus impetrādū: quod magno eſſet præcio cœmendū: ꝙ videlicet ſi æquo animo fers: viuis ſimul & purgaris. Vtere igitur tanto dei beneficio: nec ſinas occaſionē hanc tantam euolare: ferunt enim fortunaꝫ duas habere comites: occaſionē: & pœnitentiā: & cum ad quemq̄ venerit: offerre primum occaſionē: eam cū oblata eſt: non arripienti relinquere pœnitentiaꝫ: quā græci diciunt μετανοιαν. Quo datur intelligi occaſionem ſemper eſſe vel quærendam vel expectandam: & qui inuentam vel repertam neglexerit: ſolitū penitere Patrandi ergo tam præclari ac ſalutaris negocii opportunitatem amplexare: & ꝙ eā tibi obtulerit. Deo gratias age. Nam ſi ſic egeris: iſta corporis tui terra: quaſi opportunos imbres accipiens & coloni verſata ligonibus quo magis vexabitur tanto vberiores afferet fructus: & tandem diſces nō illuſum te a domino. Sed ad petram hoc eſt ad chriſtum: vt ſordes excuterentur: alliſum: & mox vt viuere hic deſieris: ſine vllo moræ interſtitio in cœlo renaſceris: & ſimul erit & purgatorio & vitæ ſatiſfactum.

Venerandi Fratris Baptiſte Mantuani Carmelitę Theologi Iſagoges ad patientiam Liber Tertius.

Quattuor virtutes plurimum valere ad tolerantiam. Caput Primum.

e T quoniam hominem natura fragilem tot morbis expoſitũ: tot malis obiectũ difficile eſt nõ frangi: vel non inflecti: neceſſariũ arbitror te admonere: vt quattuor p̃cipue virtutibus munire te ſtudeas: quarũ p̃ſidio vim omnẽ flagelloꝝ facilius feras. Hæ ſunt quas primo libro pollicebamur. Fides. Spes. Perſeuerãtia: & lõganimitas: Iſtæ nãq; quaſi fulcra q̃dam: colũneq; firmiſſime patientiæ ſuſtinent ædificium. Et q̃q̃ ſupra diximus cataphrattũ eſſe oportere: qui velit cum diabulo pugnare: tamen & pleriſq; ſuffecit ad victoriam leuis armatura. Pittacus mitylenius vnus ex ſeptẽ ſapientibus cum de agri cuiuſdã poſſeſſione inter Atheniẽſes & mitylenæos armis certaret: ipſe cum Phrinone Athenienſiũ duce: q Pancratiaſtes & olympiõices fuerat: ſingulari certamine pugnare inſtituit: rete igit̃ Clypeo tegẽs Phrinonem inuoluit: & eum ĩteremit. Dauid adhuc adoleſcentulus ſtetit cõtra gigantẽ loricatum ocreatũ: galeatum: clypeatũ: & haſtilæ haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentiũ: ipſum autẽ ferrum haſtæ eius ſexcẽtos ſiclos habebat ferri. Dauid baculo paſtorali armatus & funda gigantem non expauit: & vicit. Dic ergo & tu diabolo: quod & Dauid dixit Allophilo. Tu venis ad me cum gladio & haſta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituũ: dei agminũ Iſrael Prædictæ igitur virtutes tanto tibi vſui erunt: vt cæteras ſi habes tibi cuſtodiãt. Si nõ habes: ad te alliciant: Omnes enim virtutes ſic mutuo ſe amant vt vbi paucas tu te habitare conſpexerint: aliæ cõfluant: & ſic continget vt breui ex ferentario fias Cataphrattus: ſed venio

ad virtutes dicturꝰ pauca de naturis eaꝝ: vt earũ in te creſcente noticia: creſcat & amicitia: creſcat & cõtra vicia in corde tuo bellandi fidutia.

De fidei fundamento & natura. Cap.ii.

DVplicem fidem dicimus Actiuam: & paſſiuam: Paſſiua eſt: quæ eſt in creditore. Actiua quæ in debitore. Vnde & deus fidelis appellatur. Paulus enĩ in calce primæ epiſtolæ ad Theſſalonicenſes inquit. fidelis eſt deus: qui vocauit vos: qui etiã faciet: & ideo hec ea eſt quæ: ꝙ fiat dictum: fides ẽ dicta: iuxta illud Naſonis. dicta fides ſequitur: & hæc nil eſt aliud: q̃ ꝓmiſſi redditio: paſſiua vero promiſſi expectatio: paſſiua item duplex: infuſa & acquiſita. Verũ hi magis poſſunt diuerſi habẽde fidei modi: q̃ diuerſi habitus iudicari. Fides paſſiua ſiue acquiſita ſiue infuſa eſt habitus intellectus quo credẽdis non apparentibusꝰ reuelantis autoritate permoti: propter vltimũ finem quæ eſt beatitudo: firmiter atq; conſtanter adhæremus. hæc tribꝰ acquiritur: Prædicatione: Miraculis: & inſpiratione: q̃ ſola defectum ſupplet aliorũ: alia vero ſine hac q̃ſi mẽbra ſine ſpiritu moribũda langueſcũt: ipſa fides eſt lux vera: quę illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum. Et hæc eſt lux quæ lucet in tenebris: & quã tenebræ non cõprehenderunt. Licet enim gentiles qui tenebrarũ nomine deſignantur: eam conati ſint eradicare: ipſa tamen quaſi ſol qui neſcit occaſum: nebulas errorum: tonitrua minarum: procellas odiorum: fulmina irarum: & quicquid excogitauit ingenioſa crudelitas Tyrannorum lucis ſuæ claritate diſcuſſit.

Hec te moueat ꝙ gētiles ꝗ tāta rerū ſciētia claruerūt: tenebras appellemus: nā philoſophię mūdanę claritaſ ſine fidei cōdimēto: lumē eſt illud de quo dicit̄ in euangelio: Vide ergo ne lumē quod in te ē: tenebre ſint. Pythagoricū: Socraticū Platonicū: Ariſtotelicū: & cynicū dogma ē lumē: q̄d ꝗ adeptꝰ eſt dicit: hoc ſcio: ꝙ nihil ſcio. Sic enim ſolitū dicere Socratē accepimꝰ: poſtq̄ conſūpta in inqſitiōe veritatis ætatę: reſpōſo Apollinis iudicatus eſt ſapiēs & cū veniſſet iā in tantā apud hoīes opinionē: vt appelleret̄ ſapiētiæ hūanę terreſtre oraculū: at xp̄i verbū obbreuiatū quod vnius horę ſpacio diſci poteſt: nobis oſtēdit quod philoſophi fruſtra laborātes toto vitæ ſpacio q̄ſierūt. Et ideo ꝑſonā philoſophoꝝ tenuiſſe vident̄ xp̄i diſcipl'i cū dixerūt: pręceptor ꝑ totam noctē laborātes nihil cœpimus: in verbo aūt tuo laxabo rete. q̇bꝰ verbis duo innuūtur: & fuiſſe philoſophos in nocte verſatos: & eoꝝ laborē eſſe vanitatē ꝗ ſine deo q̄runt veritatē. Erant certe illi ſimiles his (Alchiniſtę vulgo nūcupātur) ꝗ auaricie cupiditate deluſi volūt ex aere aurū elicere. Sicut ergo iſti fallacibus exꝑimentis circūacti dum querunt diuitias: incurrunt inopiā. Sic illi vana curioſitate deluſi: vbi diem putant: noctē inueniunt: ꝓpter quod dictū eſt a ꝓpheta. Credidi ꝓpter quod loquutus ſū: ac ſi diceret: laborātibus aliis circa ſciētias & naturæ occulta ſcire conantibus: ego melius exiſtimaui credere diuinæ traditioni & ideo dicit: credidi: & quia credidit loquutꝰ eſt. & q̄d ſit loquutus ſubinfert dicēs: omnis homo mēdax: ac ſi diceret: oēs qui ſuo ingenio ad veræ ſapiētiæ lumē aſpirarunt: mendaces fuerūt: & vt xp̄s inquit fures & latro

nes: quia aias ad verã ſapiẽtiam annitentes ſuis nuga‐
mentis captare contendũt: & quaſi abigei a dño gre‐
ges: & a vero paſtore pecus abducunt.

Qꝫ fides ꝑ aureũ Virgilii ramũ figuratur: & quæ‐
dam de natura ꝓphetiæ enarrata. Cap.iii.

FIdes eſt ille aureus Maronis noſtri Ramus qui ad elyſiũ ꝑgẽtibus eſt neceſſarius: videbat enim vir ille ſeu ſuopte igenio: ſeu diuia magis inſpiratiõe (quã ἐπθουσιασμορ græci vocant: ſicut & aduentũ xp̃i ante ꝓuiderat) eſſe quoddã ſapiẽtiæ genus ſine quo futuræ vitæ nõ valeat hoi claritas apparere: & eam ramũ aureũ recte nũcupauit: eſt eni fides Ramus hoc eſt quædã delibatio diuinę ſapiæ: & aureus quidẽ: quia & p̃ciosiſſima & imarceſſibilis vt auri ſubſtantia: & recte etiam in magno nemore dixit inueniri: quia inter varios & multiplices hũanæ ſapientiæ modos inter. ſ. philoſophantiũ ſectas: & traditiones hoim diuerſas q̃ſi arbor i ãpliſſimo nemore fidei ſapiẽtia deliteſcit. Quod Virgilius dicit: ip̃e volens faciliſq; ſeq̃tur. Si te fata vocant. aliter nõ viribus vllis vincere: nec duro poteris cõuellere ferro. Quid aliud eſt q̃ quod dicitur a xp̃o. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit illum: dei namq; volũtas fatũ dicitur. Et recte dicitur id muneris ferri ſibi velle ꝓſerpinã: ꝓſerpina enim teſte Varrone eſt luna a ꝓſerpẽdo dicta: nam ſole ſemꝑ eclipticam obſeruãte luna mõ ad dextrã mõ ad ſiniſtrã cœli partẽ ſerpit & oberrat: luna aũt in ſcripturis ſacris ſignat eccleſiam militãtẽ: iuxta illud apocalypſis: mulier amicta ſole: & luna ſub pedibus eius: quod exponens

Bernardus inquit. eccľia enim eſt luna illa ſub pedibus eius. Poteſt etiã & de luna ꝗ planeta eſt terrę ꝓpinquiſſimus: id intelligi: ſicut nãqꝫ eccľia militãs vult ad ſe veniẽtes eſſe fideles: ſic & eccľia triũphans nõ niſi fideles admittit: & veniẽtes vult ramũ ꝓſerpinæ / hoc ẽ fidem lunæ offerri: nã cũ ipa luna rerũ ĩmortaliũ ac æternaꝝ ſit limẽ: fides q̃ ænigma q̃ſi lunæ maculã ꝑtẽdit: ibi recte relinquit: vbi iã ĩcipiũt apparere diuina. Quod vero æneas ferẽs ramũ ꝑ loca pœnaꝝ Sybilla comitante gradiat: nil mirũ: nã & filii eccľie dicũt: trãſiuimus per ignẽ & aquã & eduxiſti nos in refrigeriũ. Sibylla eſt ſapiẽtia diuina vel angeloꝝ cuſtodia hoĩ attributa: qua nos ꝓtegente atqꝫ gubernante fidẽ inuenimus: inuentam ſeruamus: & ꝑ huius vitæ difficultates ac tenebraſ ambulãtes tãdem ad Elyſiũ / hoc ẽſt in paradiſũ mutata in ſciẽtiam fide ꝑtranſimus: ideoqꝫ dicit: ꝑfecto munere diuaꝝ deuenere locos lætos: & amœna vireta. Qꝫ ſi obiicias credi nõ debere deũ q̃ futura erãt hoĩ pagão reuelaſſe. Reſpõdeo malos æq̃ ac bonos hoĩes facturã eſſe dei: dei iſtrumẽta dei miſtratores: & deo libeꝝ ẽe eis vt ſuis vti: cũ libuerit. Balaã vir culpabilis de futurꝭ ante lõge ꝓnunciat. Sibyllæ quas & Lactantius & Auguſtinus ad aſtruẽdã fidẽ citant: mulieres ex media gẽtilitate fuerunt. Caiphas vir ſceleſtiſſimus: vt in Euangelio legimus ꝓphetauit neſciẽs quid diceret: Ipſa Balaam Aſina aĩal natura brutũ ac indocile voces humanas edere ꝑdocet. Et deniqꝫ vt paucis expediã: ꝓphetiæ donũ nõ ad gratiã quæ gratum facit: ſed ad eam q̃ ſolum gratis dari dicitur: ex theologorũ autoritate refertur: gratitudinis autẽ vocabulũ ſi late extẽdat: om=

nes ꝑculdubio creaturas ĩcludit: Oĩa enĩ diligit deus: & nihil odio habet eoꝝ q̃ creauit: ſed ex theologorum vſu eis appropriat̃: q ad aliquẽ futurę beatitudinis gradum acceptant̃. Et q̃admodum in magna domo: q̃uis oẽs patriſfamilias grati ſint: ſoli tamẽ liberi ſunt hæredes: ſic & in mũdo omnes deo grati ſunt: nõ tamẽ omnes xp̃i cohæredes: ſed illi tantũ: in qbus eſt fides non ocioſa nõ extincta: ſed ꝑatiõe accenſa: futuri ſunt.

Qꝫ fides eſt prĩcipiũ ineũdę cũ deo amicitiæ. Ca. iiii.

QVod Homo deo placere incipiat & ſi omnium virtutũ eſt officiũ: maxime eſt tamẽ fidei attributũ: ꝓpterea dicitur accedentẽ ad deum oportet credere: & ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Cuius rei rationem hanc aſſignauerim. amat deus hominẽ ta q̃ ſibi ſimilem. Cæteris animantibus p̃fectum: & tanq̃ ſuum in terra vicarium: immo vt terrenũ quendam deũ cum quo videtur partitus imperium: iuxta illud. Cœlũ cœli in domino: terram autẽ dedit filiis hominum. at quoniam dei natura eſt bonitas: ſicut ſolis natura eſt claritas: queadmodum ſol nũq̃ illuminare: ſic deus benefacere nũq̃ ceſſat: cogitat ergo hoiem ex terreno facere cœleſtẽ: & ꝓpterea quodã intter eos opꝰ ẽ cõmercio: & arcana quadã admonitione ac diſciplina ſecretiore q̃ veluti quodã cœleſti ſemĩe: iã ꝑcepta: pedetentim ĩcipiat trãſformari: & q̃ſi diuineſcere: ĩſtituẽdum aũt credere oportet ĩſtituẽti: diſciplię enĩ ſũt de occultis: & iſta p̃cipuę: neq; enĩ ẽ ex mathematicis: q̃s dicũt peripatetici p̃mũ certitudĩs gradũ vſurpare: diſciplina hęc ẽ de ignotꝫ: de remotꝫ nõ minꝰ ab ĩtellectu q̃ a ſẽſu

quod enī remouetꝛ a ianua remouetꝛ a domo: at Ianua intellectus eſt ſēſus: q̄a teſte Ariſtoteles nihil eſt in ītel lectu qui prius fuerit & in ſenſu. At in his q̄ latēt ſenſū & intellectū: quia ſcīa deficit opinio nō ſufficit: curren dū ad fidē: q̄ vt habeatꝛ captiuādus eſt ītellectus: & vi culo quodā alligādus: quod vocatꝛ docētis autoritas: hoc vinculo aſtrict⁹ q̄ſi capiſtro equus ſub dei diſcipli= na ꝑſeuerat: donec & ſpe & charitate veſtitus omnē ac cipiat ꝑ cœleſti militia cōmeatū. Exēplo Abrahæ ꝓba uit hoc Paulus: neq; enī Abrahā ex legis obſeruatiōe: aut ex circūciſione: q̄ nondū erāt: ſed ex ſola fidei cre dulitate tantā iniuit cū deo amiciciā: vt ei⁹ elegerit de qua xp̄s naſceretꝛ vnā familiam. Vnde ſcriptū eſt. Cre didit Abraham deo: & reputatū ei ad iuſtitiam. Ratō ꝓbabilis facit opinionem. Cauſarum cognitio ſcienti= am. Dei autem autoritas fidem.

De fidei ꝓgenie ſpe & charitate. Cap. vi.

FIdes duas peperit filias: mortalē vnā alteram im= mortalē. Spes mortalis eſt. Charitas immortalis quæ ſic ex fide oriuntꝛ: vt ex viſu ſcientia: neq; enim ſpe rari aut amari poſſunt quę neſciuntur. Spes & charitaſ in amore cōſiſtunt: & ambæ ſunt habitus rationalis ap petitus: q̄ voluntas dicitur: ambę circa idem intētæ eo dē fere opere exercētur: amant enim ambæ & idē ſed nō eodē mō ꝓſequūtꝛ. Spes p̄miū reſpicit: charitas bo nitatē. Spes erat q̄ dicebat: īclinaui cor meū ad facien= das iuſtificatiōes tuas ī eteruū ꝓpter retributionē: cha ritas retributionē nō reſpicit: amat liberaliter: & merce dis reſpectu nō habito: & nihil ſolicita ꝑ pręmio bona

cœleſtia: q̄ nec ocul⁹ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēderunt: nec ꝑ ſciētiam capi: nec ꝑ opinionem ſic ꝑſuaderi valēt: vt ſperentur: cœlū enim ſine fide qs ſperauerit? neq; etiā vt diligant: diligi autē voco quod nō ſolum aīo cōplectamur: ſed oꝑatione: nō habetur opinio quoq; ꝓſequamur: qui ardens & efficax amor appellat. De credēdis ergo ſcientia nō habetur opinio nō ſufficit: fides (quæ inter vtrāq; ſita eſt habet enim firmitatē cum ſcientia/ & obſcuritatē cum opinione cō munem: cū ſit in ænigmate) Sufficit ad ea ꝑſuadēda q̄ ſperari debent & amari. Et q̄tenus firma eſt adhęſio ē eatenus īmortalis: quaten⁹ vero obſcura eſt/ mortalis eſt: cū enim facie ad faciem deū videbimus oīs tolletur ꝑplexitas: oīs incertitudo: oīs obſcuritas: & reliquie fi/ dei tranſeuntis in ſcientiā iſtæ ſupererunt. Nō mirum ergo ſi ex matre q̄ ex duplici cōſtat natura duarū natu raꝝ filiæ ꝓcreentur: mortalis ſcilicet & īmortalis: nam aliter fieri nec debuit forte nec potuit: oportet enim ſi/ milē eſſe parentibus partū: & efficiens omne ſolicitum eſt vt ſibi quoad poteſt affectū aſſimilet: ſed qui fieri poteſt inquies: vt ex inꝑfecta matre (nā mancū & inꝑ= fectum quod eſt fides) generet charitas q̄ matrē ac ſo= rorem dignitate p̄cellat: ipſa nāq; paulo atteſtante nō occidit. At fides & ſpes vertentur in aliud. Spes in rem fides in ſcientiā. Reſpondeo id ita fieri poſſe ſicut fieri poſſe ꝑſpicuū: vt ex imꝑfecto ſeminis corpuſculo ar= borum ſurgat tanta proceritas: q̄ta eſt in quercu Ace= re & populo: & id genus aliis arboribus: quercus: acer populus: vel ſi hoc non placet: ſicut fieri poteſt vt ex vi ſu: qui eſt brutis cōmunis & homini generetur prudē=

tia ſine qua non conſiſtit humana ſocietas.

Q͛ potius dicenda eſt ſpes in charita tem tranſire q̃ in rem. Cap.vi.

QVod autem diximus ſpẽ in rem tranſiturã: ſecũdum alios quidẽ id dictum eſt: ego enim rectius dici arbitror trãſituram ſpẽ in charitatem: nã ſicut ſi a fide demas obſcuritatẽ ſciẽtia remãebit: ſic ſi a ſpe poſſeſſionis tollas reſpectũ. Charitas reſultabit: & ſicut in elemẽtis ſecũdum Ariſtotelem tranſmutatio eſt inter ea facilior q̃ ſymbolũ id eſt cõmunis qualitatis habent cõiugium: vt inter ignem & aerẽ. quia vna qualitatum remanẽte non fit in trãſitu tanta mutatio. Sic & in harũ virtutũ metamorphoſi tanto eſt trãffiguratiõis maior facilitas q̃to eſt earum ſtrictior affinitas. Sunt etiã qui dicant ſuccedere ſpei tẽtionem: ſed ea tentio cũ nõ manuũ ſit ſed voluntatis: nil aliud eſſe poteſt q̃ amor charitatis. Qui autem dicunt ſpei rem ſuccedere: per rẽ nihil aliud intelligere poſſunt q̃ rei diu & eatenus deſideratæ quatenus abſens fuit: nouã preſentiã: atq; tentionem: atq; ita ſecundum & naturã & aliorũ opinionem conſtat ſpem tranſire in charitatẽ. Sciendum aũt virtutum quaſdam eſſe quibus inꝑfectionis nil annectitur (Vt ſapientia: prouidentia: charitas) has etiã deo tribuimus: quaſdã eſſe natura impꝑfectas (Vt Spes: Fides. & ipſa ad quante adhortamur patiẽtia) & hæ quidem ſicut a dei natura ſunt alienæ ſic naturę humanę ĩ hac mortalitate ſunt neceſſariæ.

De nominibus eorum q a fide deficiũt. Cap.vii.

QVi ad fidei noſtrę lucem nunq̃ venerunt latine i=fideles: ethnici id eſt gentiles gręce nuncupantur ἔθνος. enim gentem ſignificat. Dicunt & pagani hoc eſt ruſticani. ꝙ nõ ſpiritu renati ſicut chriſtiani: ſed in ea qua geniti ſunt ruſticitate ſemꝑ ꝑmãſerũt. Machometiſtæ q Aphricã Aegyptũ Arabiam & Syriã inhabitant ſtulticiã eorum indicãte vocabulo mori noĩant qui eñ dicit μωρος a grecis: dicitur Nabal ab hebręis fatuꝰ a nobis. Nec putet qs eos dici moros ꝙ ex mauritania ſint vel venerint: vt morus ꝓ maurus ſicut ploſtrũ ꝓ plauſtrum ꝓferat. Machometus enim arabs fuit: mauri aũt vltimas Aphricę occidẽtalis oras e regione ad hiſpanos inhabitãt. Notabile certe: & a curioſitate hũana nõ ꝑtereundũ forſitã & myſterio carere nõ extimandum: ꝙ tres maximi legũ latores & illuſtriſſimi autores trium religionũ q̃ totum terrarũ orbẽ occuparũt: in tribus mundi ꝑtibus ſibi vicinis immo cõfinibus atq; cõtinuis & in medio terræ habitabilis cõſtitutis hoc eſt Aſſyria Arabia & ægypto fuerint ꝓcreati. fuit eñ xp̃s aſſyrius. Machometꝰ arabs. Moſes ægyptius. Sed hęc diſſimulãda ſũt ad p̄ns: neq; .n. ſuppetit nũc ociũ nobis ad cõiectãdũ. Qui de rebus fidei recte ſẽtiũt catholici vniuerſales vocant. Nã fides nr̃a nõ ſicut lex vetꝰ ſol̃ iſraælitis vni gẽti vl̃ natiõi ſed gñaliter data eſt vniuerſis: q poſtq̃ fidẽ ſuſceperũt de neceſſariis ad ſalutẽ ꝑtim recte partĩ praue ſẽtiũt: hęretici hoc ẽ ſectatores appellant: αἵρεσις nãq; ſecta appellat. qui penitus a ſuſcepta fide defecerint. Apoſtatę. i. rebelles vocãt: nã ἀποστασία rebellio interpretat Et queãdmodũ xp̄iani a xp̄o q̃ appellatõnẽ viuẽtibꝰ adhuc apl̃is

primũ Antiochię factã narrat Lucas ĩ actis apłorũ: ſic & Iudei a iuda ſũt vocati: a quo deſcẽdit trib⁹ regia & inter duodecim magis honorata: dicti etiã ſũt hebręi: & hæc cognominatio lõge vetuſtior ꝓfluxit: vt aliqui volunt ab heber in cuius familia quãdo eſt linguarũ facta cõfuſio in Babylone remanſiſſe fertur lingua primitiua: quæ ab eo dicta eſt hebræa: vel vt alii ſentiunt ab Aheber quod interpretaẽ trãſitus. Trãſiuit enĩ Abraham monitus a deo ex Meſopotamia ad cananeorum terrã / quo cum ꝑueniſſet vocatus eſt hæbreus hoc eſt trãſiens & aduẽticius: & hoc fuiſſe videẽ omẽ & quodam preſagiũ futuroꝝ: hebrei enim ſæpenumero (vt ſacræ teſtantur hiſtoriæ) de ſedibus ſuis trãſlati de gẽte in gentẽ traſmigrarunt: & tandẽ eoꝝ lex vt tale cognomẽ futurũ innuebat: more ſuæ gẽtis inſtabilis & trãſitoria tranſiuit in noſtrã: plura autẽ de his ſubiicerem niſi ſcirẽ te & chriſtianiſſimũ: & ſacre ſcripturæ fieri indies magis ſtudioſum: in ea enim oĩa q̃ ad ſalutẽ & ad beatitudinem pertinent videre facilimum.

De cauſis Fidei. Cap. viii.

REdeamus ad tria quibus fidẽ fieri ſupra iam diximus: ea ſunt / ſermo: miraculũ inſpiratio. Per ſermonẽ: & miraculũ ſine inſpiratione neminẽ ad fidẽ veniſſe cognouimus: ꝑ inſpirationem & ſermonẽ ſine miraculis & cũ miraculis credidere q̃ plurimi. Sermo ꝗd credas explanat. Miraculũ facit vt audiens aduertat. Sermoni etiam aſtipulaẽ & dicta cõfirmat: inſpiratio vero aſſenſum inclinat. Ergo fidei materia (vt omne genus cauſaꝝ attingã quaꝝ ĩ ſecũdo libro de phyſico

auditu meminit Ariſtoteles)Circa quã:ſunt credẽda: in qua eſt intellectus:Materia enim triplex in qua circa quã & ex qua. Sed de tertia nihil ad preſens:illa enĩ ſolorũ eſt corporũ. Forma inducẽda ipſa eſt fides nã forma eſt fides materiæ diſpoſitio(ideo nõ neceſſaria: quia poteſt ab agẽte ſuppleri)Eſt miraculũ agẽs de9: actio inſpiratio:aſſenſus introductio:finis beatitudo. Aſſenſus autẽ duplex & quo ĩtellectus vero:& quo volũtas bono aſſentitur:inſpiratio intellectui primũ veritatem:mox volũtati oſtẽdit bonitatẽ:nã vtriuſq; ſpecies lucet in credendis. Primus aſſenſus eſt fidei:ſecundus magis charitatis & ſpei.

De vi & natura miraculorũ. Cap. ix

THeologorũ quidã doctiſſimi atq; clariſſimi ſubtiliſſimis diſputationibus quęſierũt/aa p Chriſti miracula ꝓbatu ſit,poſſibile eũ fuiſſe deũ & Meſiã ĩ antiqua lege ꝓmiſſũ. Sunt q affirmẽt:ſunt & qui negent Ego autẽ(vt paucis expediã)in eoꝝ qui negãt(hoc eſt Gerardi Bononieñ. & Pauli Peruſini ordinis mei)ſẽtẽtiam vado. Si enim p miracula id ꝓbaret iã non crederetur:ſed id nobis credendũ ꝓponitur. Adde q; cũ nõ cõſtiterit qua virtute ꝓpria ſcilicet an aliena dei an Belzebub vt Iudei caluminantur:id fecerit:dici ſemp poterit id cõmune & aliis fuiſſe. Nã precedẽtibus etiã ſæculis apud gẽtiles & hebræos paria nec minora ſunt viſa:legimus Magos Pharaonis qui gẽtiles erãt:ſicut & Moſem feciſſe miracula:Legimus Heliã mortuũ ſuſcitaſſe. Heliſeũ Naamaz a lepra curaſſe. Ieſaias narrat decẽ lineis ſolẽ eſſe reuerſum:quo miraculo neſcio an

maius vnq̄ audiuerim: quid enim maius quid ve mira=
bilius eſſe poteſt: q̄ ꝙ vt vni hoī hoc eſt Ezechiæ regi
ægrotāti: de recuperāda ſanitate fides fieret ille cæleſti
um Sphærarū diuinus & ſēpiternus ordo mutaretur?
Quis ꝓ miraculo nō accipiat: ꝙ a Tito Liuio primo li=
bro de primo bello punico recitat̃. Romanos ſcꝫ cū tri
ennio peſtilētia laboraſſent. Sibyllinis libris admoni=
tos miſiſſe legatos epidaurū Pelopōneſi vrbē: q̄ Aeſcu
lapiū deū Romā accerſerēt: quo cum veniſſent numē
ipſius dei in ſerpentis ſpecie apparuiſſe: & [illegible] bis cele=
berrimas partes mitibus oculis leui trac[illegible]bi cœpiſſe
& tandē ſpectāte populo ad Triremē R[illegible]manā ſpōte
ꝓfectum: ī quinti Vgolini legati tabernaculo multipli=
ci orbe ſe cōſpiraſſe quieuiſſeq́ſ ſemꝑ: donec Antiū (q̄
in Italia volſcorum eſt ciuitas) perueniſſēt. Vbi ex na=
ui prolapſum poſtq̄ ī veſtibulo tēpli ſibi dicati triduo
ꝑmanſit: in nauim iterum ꝓſerpſiſſe: ac demum Trire
mi iam Romā ingreſſa in Inſulam Tyberinā vbi tem=
plum ei dicatū eſt: tranſnataſſe Sunt iſta quidem (nō
imus inficias) cōmenta diaboli: ſed quis hoc mortaliū
niſi chriſtiana imbutus diſcipina dignoſcat? Plato ſcri=
bit pheræum quēdam: Pamphiliū inter eos qui in acie
ceciderant decem diebus iacuiſſe. Biduoq́ꝫ poſtq̄ inde
ſublatus eſſet: impoſitum rogo reuixiſſe: ac mira quæ=
dam tēpore mortis viſa narraſſe. Sed ne ſit neceſſe per
multa vagari volentē gentilium mira reperire: legatur
Valerii primus liber factorū ac dictorum memorabili=
um: & quid de omnibus: de ſomniis: de prodigiis: &
de miraculis referat: attendat̃. Quod aūt xp̄s dicit fe=
ciſſe ſe q̄dam q̄ nemo alius vnq̄ ante fecerit. Ideo vtiq́ꝫ

dixit: ꝙ alii miracula non ꝓpria: vt hoíes & ſi propria nō diuina ſicut ípe fecit virtute feciſſent: non fuit ergo miraculoꝝ exhibitio: ſed vis exhibēdi ſingularis ī chriſto. Et quoniā ſcimus mira q̄dam deo: a ſpiritibus etiā malis æque ac bonis: & a natura quoq; fieri poſſe: & cū ſiūt a quo potiſſimū fiant ſemꝑ ambiguū: cōcludimus miraculū fallax eſſe ſignū: queādmodū & color in vrina: & in vultu obſcuritas: vtpote q̄ a pluribus cauſis ꝓuenire ſolēt: & a quibus ꝓueniant: raro cōpertū. Hoc igitur dixi nō vt nr̄a infirmē: ꝓ quibus etiam fundēdus eſt cruor: ſed ne ſimul cū noſtris aliena cōfirmem: quibus eſt cū noſtris cōmune miraculum. Tenemus etiam Antichriſtum dogmatū ſuorum impietatē miraculis roboraturum: quibus quottidie ne fidem adhibeamuſ admonemur: quo innuitur poſſe & miraculis licet non veris: ſed quo ad nos veritatē præ ſe ferentibus aſtrui falſitatem.

De errore Auicenæ & aliorum qui dicūt omnia miracula fieri naturaliter. Cap. x.

SEd potius ex fide miraculū: q̄ ex miraculo fides efficitur: dicit enim chriſtus. Si habueritis fidem ſicut eſt granum ſinapis: & dixeritis monti huic: tranſi hinc: tranſibit. Fuere tamen nōnulli glorię diuinę quodammodo inuidi: naturæ autem nimis addicti: inter quos eſt Auicenna: qui conati ſunt omnium miraculorum etiam eorum quæ in noſtrum beneficiū deus oſtēdit: in natura rerum cauſas inuenire. Aiunt enim noſtræ imaginationi cum fortis eſt, obedire primum ītres aīæ (vt ea eſt: q̄ digerendo nutrimēto ꝑfecta ē) quo

ſæpe factũ dicunt vt nõnulli ex lepræ imaginatione leproſi euaſerint: obedire etiã imaginationi non corpus ſolũ aĩæ imaginãti cõiugatũ (quod & nos cõcedimus) Sed & materiã quoq; exteriorem (quod negamus) nec tamẽ id aiunt oĩbus aĩabus eſſe cõmune ſed q̃rundam eſſe priuilegiũ ſingulare: quas aliis excellẽtiores ac diuiniores putãt: quales eſſe volũt ꝓphetarũ & heroũ ſeu ſemideoꝝ: Iſigonus & Memphodorus (teſte Plinio ĩ ſeptimo naturalis hiſtoriæ libro: capite ſecũdo) tradũt in Aphrica quaſdã eſſe familias: quarum laudatione intereant ꝓbata: areſcãt arbores: emoriantur infãtes. Eſſe eiuſdẽ generis in Tribalis & Illyriis adiicit Iſigonus: q̨ viſu quoq; effaſcinent & interimant quos diutiꝰ intueantur iratis p̃cipue oculis: & hos pupillas binas ĩ oculis habere: ſunt (vt aiunt) huius generis fœminæ in Scythia bithye appellatæ. Verum hæc nõ imaginationibus ſed vel halitui horis peſtifero: vl' vapori veneno ſo q̨ ex oculis ꝓdeat aſcribẽda: ſicut accidit in his q̨ peſtilẽtia ſũt infecti: eoꝝ nãq; aĩæ cõſtat vim ineſſe mortiferam: q̃ & in alios cotagio ſæuiens & multiplicatione ſui inualeſcat & ſerpat: hi nimirũ qui effaſcinandi vim habẽt: neſcio quid ſimile patiunt̃: ſibi innoxiũ: aliis lœtiferũ: & ne videatur impoſſibile huiuſmodi venenoſos humores intra nos gigni: ſubiiciam q̃ Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ capite. xv. de mẽſtruo mulierum: ex quo humana corpora concreantur: enarret. Sic enim inquit: nihil facile reperitur mulierũ ꝓfluuio magis moſtrificũ: aceſcunt ſupuẽtu muſta: ſterileſcunt tactæ fruges: moriũtur inſita: exurũtur hortoꝝ germina: & fructus quibus inſedere: decidũt: ſpeculorũ ful=

gor aſpectu ipſo hebetať: acies ferri præſtringiť: eboriſ ꝙ nitor: aluei apum emoriũtur: æs etiã ac ferrũ rubigo ꝓtinus corripit odorꝙ dirus aera: & in rabiẽ aguť guſtato eo canes: atꝙ inſanabili veneno morſus infigitur ſic Plinius: aiunt etiã Medici peſtilẽtiam nõ ſemꝑ contagio fieri: ſed humoribus atꝙ ſpiritibus in hoĩe viciatis dirum illud morbi inſanabilis genus enaſci. Quo fit vt nõ oĩa in cauſas naturales: ſed quædã etiã in demones: quędam (hoc eſt ea q̃ vera ſunt) in bonos angelos & in deum ſint referenda miracula.

An ſit vbiꝙ Chriſti lex ꝓmulgata. Cap. xi.

SEd an impletũ adhuc ſit ꝙ dicitur. In omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ: ſi ꝑ terram intelligas cõtinentẽ non dubito. adimpletum enim exiſtimo: ſi vero terræ vocabulũ ad omniũ hoĩum habitationẽ extẽdas: dubito: & eo maxime ꝙ diebus noſtris opera regũ hiſpanię multæ in alantico: iñ æthiopico: in indico oceano vltra etiã circulũ capricorni: & torridã zonã: vbi altera terræ habitabilis portio collocatur: reperte ſũt inſulæ: ab hoĩbus habitatæ: noſtris etiam multo maiores vtpote quarũ aliquæ tria milia: & amplius paſſuũ milia circuitus habeãt: & harũ: neꝙ Strabo: neꝙ Ptolomeus neꝙ Põponius Mella: neꝙ Plinius: neꝙ antiquoꝝ ſcriptorũ quiſq̃ meminerũt: quo cõſtat fuiſſe ſemꝑ hactenꝰ ignotas: & nunc primũ accepiſſe nũciũ de xp̃o. Qui vero inter illos huius ignorãtiæ nocte ꝑdurante ſecundũ legem naturaliter hoĩbus inſitam beneuixerint: etiam ſi aliquãdo peccauerint: mõ poſtea egerint pœnitẽtiã: putamus poſt mortẽ aliquod felicitatis genus habitu=

ros & loca aliqua dei dono ſortitutos. Vbi melius vel ſaltē minus male ſint habituri q̄ hi q ſordide & flagitioſe vixerūt. Sic putare me cogit iuſticię & clemētię diuinæ cōtēplatio: & Dauid autoritas ita dicētis. Quia tu reddes vnicuiq; ſecundum opera ſua.

Religionem chriſtianam non eſſe a ſtellis vt errant aſtrologi: ſed eſſe breuiſſimam ad cœlū viam a deo inuentam & traditam. Cap. xii.

QVod vero dicūt Aſtronomi religionē xp̄ianam a cœli cōſtellationibus fluxiſſe: falſum nefarium atq; impiū puto. Aiunt nāq; Iouē iunctū cū Saturno feciſſe hebræam. Cū Marte chaldeā: cū Sole ægyptiā cū Venere ſaracenicā. cū Mercurio xp̄ianā. cum Luna vero facturum aliq̄n dicunt Antichriſti religionē: q in fine ſæculoꝝ vēturus eſt: hec nugamēta ficticia execramur: & q̄ſi Menias infātiles ridemus aſſidue: & q̄dem multis rationibus ꝑſuaſi. ſed ea potiſſimū ad p̄ns ꝙ ſcimus tales planetarum coitus ſæpe ante has religiones factos: & nunq̄ tamē ex eis legem fluxiſſe: quo conſtat leges ab eis non fieri: & nō eſſe religionū cauſas hos coitus: ſi enim cauſæ eſſent: cū poſita cauſa naturali poni neceſſe ſit & effectū: q̄ primum cōgreſſa fuiſſent ea ſidera: ſicut poſtea ꝓduxerunt: ſic & tūc legem ꝓduxiſſent: ꝙ ſi facto coitu lex non ꝓdiit: certa ratione cōcludimus coitum legis vel non eſſe cauſam: vel ſaltem diminutam. Dicimus ergo (& quod dicimus) fidem xp̄ianam non a ſideribus ſed a deo per mediatorē dei & hominum deum & hominē chriſtum Ieſum conditā: ab Apoſtolis ꝓmulgatā / miraculis confirmatam: veritate

ſubnixam:preditam honeſtate:fultã ratiõe.Hanc ergo vt teneas hortor & moneo:& repetens iterumq; iterumq; monebo:hæc enim vita via eſt i cœlũ recta:& q̃ breuiſſima ad illa ſempiterna bona:q̃ oculus non vidit nec auris audiuit. Vt Mathematici volunt linearũ q̃ in punctũ aliquod ꝓtrahunt̃ nulla breuior ẽ q̃ ea q̃ recta ẽ rectitudinẽ hãc habet xp̃iana religio: vtpote q̃ poſt mortem iuſtorũ animas non ꝑ anfractus ducat ad deũ ſicut olim lex hebræorũ quæ aĩas quantacunq; iuſtitia pollẽtes mittebat ad inferos:& ad locum quẽ Abrahę ſinum appellabãt:erat illa lex via q̃dem ad deũ:ſed lõga ſed obliqua:quæ per noſtrã ad rectitudinẽ & ad cõpendium eſt reducta:immo in noſtrã mutata: nec illi per noſtram niſi rectitudo quicq̃ eſt annexũ. Via quæ obliqua erat lõga:& ꝑplexa.facta eſt recta:breuis: expedita. Alię vero leges ambages ſunt:& fabulationes ſicut dicit pſalmus. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:ſed non ut lex tua:& alibi. Non fecit taliter omni nationi:& iuditia ſua non manifeſtauit eis.

De Georgio Nouarienſi Bononiæ cõbuſto cũ quibuſdã diſputationibus de fide xp̃iana. Cap.xiii.

IAm ſubiiciam fidei argamentatiunculam: qua ego quoad potui ab errore reuocare ſum conat⁹ Georgiũ Nouariẽſẽ illũ quẽ ãte q̃ttuor ãnos hic Bononiæ(vt meritus erat)ardere cõſpexim⁹ verũ ſicut natura ceſſante medicina nil iuuat:ſic quia deus iuſto ſed occulto iudicio nõ aſpirauit.nullũ attulerũt ṽba remediũ.Erat .n.adeo deprauat⁹:& i reꝑbũ ſẽſũ dat⁹. vt

neq; euidētiſſimas rationes audiret: poſtq̄ in doctorū ac p̄ſtantiū viroꝝ conſenſu huius a notario lecta ſunt dogmata: Dicētib⁹ aliis eū hæreticū. Vbi ad me ventū ē (faciebat enim ordinē dicēdi ordo ſedentium) nō hæreticū: ſed quod lōge eſt deteſtabilius: reſpōdi apoſtatam. Lōga enim iudeoꝝ cōſuetudine ideo corruptus qa a deo derelictus iudaizabat: & in ſe verificabat q̄d dicitur: cū ſancto ſanctus eris: & cum ꝑuerſo peruerteris. Huic noſtræ ſentēciæ & ſi primū viſi ſunt aliquātiſ per quidā aduerſari tandē tamē vt intellexerunt: oēs aſſēſere. Paulopoſt ip̄e Georgius vt audirē ipſā beſtiā ſua verba reſonantē: adductus eſt. Homo erat ſtaturæ iuſtæ: formæ liberalis: corpore firmo robuſtoq;: Ingenio vafro: prauo: ac ſubdolo: adeo vt in eo vno videret agnoſcere. Catilinam. Vlyxem & Sinonē. Cum igitur alii multa in eū ſcite apteq; ſed certe bonitatem malitia p̄ſ̄ocāte inutiliter dixiſſent: ſtatui & ego aliqd præter ea quæ adducta dictaq; fuerāt: ſubinferre: quo & ſi non illi ad ſalutē: mihi tamē eſſet vtilis ad merituꝫ labor meus. Sic ergo inter nos certamē initiū eſt: Chriſtum inq̄ in lege ꝓmiſſum nondū veniſſe putas o Georgi? Puto dixit ille: nōdum veniſſe xp̄m verū: tūc ego Danielis inq̄ & aliorū ꝓphetarum vaticiniis dȩ quibus ab aliis abūde iam dictū eſt p̄termiſſis. Volo tecū ſermone materno ſimplici ac familiari & de circūuentiōe minime ſuſpecto fabulari: cū venerit chriſtus dic ſodes boni quid afferat? Populi liberationē reſpōdit: ſubiiciet gentes: & longe ac late dominabitur. Tunc ego ſi tibi inq̄ alium dedero: cuius maiora ſint longe ac meliora facinora: nonne hūc chriſto tuo præſtare fateberis?

Fatebor reſpõdit. Tunc ego æquo aĩo ſis dixi: & auri/ bus faue: ſi Attila: aut Ottomãnus aliquis Bononiam obſideat: & duorũ alterũ petat a ciuibus: vt aut terre= nũ principẽ: aut deũ ſuũ negẽt: vtrum facilius putas im petratu? Vt principẽ terrenũ negẽt: reſpõdit. Tũc ego ſubieci: hactenus Georgi ſcite ſapiẽterqꝫ reſpõdes: at= qꝫ vtinã ſic in finẽ vſqꝫ reſpõdeas: ſic enĩ facile te ex his cõpedibus exſolues: nõ ſũt deliri hoĩs iſtæ voces. Erãt enĩ in collegio quidã: q eũ ſub demẽtię ꝑtextu ſaluare cõtenderẽt: pergamus inq̃ & recte vt cœpiſti ſemꝑ re= ſpõdeas. Maius eſt ergo: factuqꝫ difficilius. Deũ verũ vel eũ quem verũ quis putet: q̃ terrenum principẽ ex= plodere: & ex mẽtibus hoĩm cõtempta eius cultura de turbare: maius reſpõdit. Tũc ego. At chriſtus inq̃ no/ ſter hoc egit: ille his auditis ſubito expalluit: vt nudis preſſit q calcibus anguem. Et Lugdunẽſem rhetor di= cturus ad aram: & ſubiungens vides dixi Georgi quo= modo ſapiẽtia chriſti vincit tuã malitiam: quomõ fa= teri coactus es nr̃m xp̃m tuo quẽ ſomnias xp̃o præferẽ dum? Nõ venit chriſtus verus mũdi (vt putas) quæſitu rus imperiũ. Dixit enim ip̃e. Regnũ meum non eſt de hoc mũdo: ſed vt nos de diaboli poteſtate & ab idola tria reuocaret. Propterea cũ paſſionẽ ſuam ſciret inſta re: nũc princeps huius mũdi inquit eiicietᷣ foras: & ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia trahã ad meip̃m: hic eſt cõmunis & antiquus iudeoꝝ error: chriſtum puta= re tẽporaliter regnatuꝝ: quo etiã mater Ioãnis: & Ia= cobi: vxor zebedei cũ more iudaico eſſet implicata: ro gauit filiis mundanã dignitatem: & ꝓpterea de igno= rantia damnatur a xp̃o. Putabat namqꝫ mulier adhuc

iudaice ſapiẽs chriſtum more Dauid & Salomonis in purpura & auro & armorum potentia regnaturum: ſic populus ille carnalis ſemp̱ fuit: ſic rudis & hebes: vt nũquã dei voces intellexerit: p̱pterea tãtã eoꝝ perteſus ignauiam terga eis dedit. Quod futurũ deus ante mõſtrauerat eo præcipue caſu: ꝙ cũ Moſes deum rogaret vt faciẽ oſtenderet: cõfeſtim abiens terga oſtẽdit. Vñ ſcriptũ eſt: vidi poſteriora videntis me. Ioannes in epiſtola ſua capite tertio: cur chriſtus venerit manifeſtat dicens: ille apparuit: vt peccata tolleret: & paulo infra in hoc apparuit filius dei: vt diſſoluat opera diaboli: non igiť vt putatis vos: quo temporaliter regnaret. ſed vt Idolatriam deſtruens: mundũ ad dei cultũ reuocaret. Tibi ergo & iudeis inutilirer apparuit: & facitis apud vos conatũ eius eſſe ſine fructu: dum caligo veſtrę pertinaciæ bonitatis ei9 lumẽ excludit: ſed quibus vtiliter apparuit Ieſaias capite. lxv. lõge ante prædixerat Inuentus ſum inquit a non querentibus me: palam apparui his qui me non interrogabant: Ad Iſrael autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum nõ credentem: ſed contradicentem mihi. Aeſtuas dixi o Georgi: æſtuas? At breui: niſi reſipiſcas æſtuabis acerbius. Tunc ille non æſtuo dixit: ſed philoſophię ac dialecticæ retibus me inſequeris: quibus & ſi capi poſſũ teneri non poſſum: quid has inq̃ vanas excuſationes perperam adducis? Quid de dialectica cõqueris? ſum ne ego Chryſippus: de quo dictum eſt ab antiquis: ꝙ ſi Iupiter dialecticam habere velit nõ aliam habituru3 q̃ Cryſippeam: non potui nudius? nõ potui ſimplicius apertiuſqꜫ loqui: ſed vt video ex illis malis es piſcibus:

de quibus dicitur: ſimile eſt regnum cœlorum ſagæne miſſe in mare: & ex omni genere piſcium congregãti: quam cum impleta eſſet educentes: & ſecus littus ſedẽtes elegerũt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Nec negare potes tot populos virtute chriſti ad vnius dei cultum reuocatos: nam in eius nomine (vt ipſe prædixerat) ſunt eiecta demonia: ſunt curati morbi: mortui ſuſcitati: Idola confracta: templa deſtructa: & demum prædicata per totum orbẽ veritas orthodoxa hoc Apoſtoli: hoc Martyres: hoc ſancti cõfeſſores inuocato chriſti nomine: non in angulis: ſed palã coram principibus: regibus & populis in aperto fecerũt: Nulla iã natio: nulla mundi pars niſi fortaſſe (vt predixi (aliquæ apud Antipodes: ſi vſq̃ ſunt Antipodes vel alibi inſulæ abditiſſimæ & nobis ignotæ ſint. in quas non dum chriſti fama trãſierit: Idolatriæ ſeruit. & quis hãc ꝑ orbem doctrinã ſparſit? Quis hãc mercem per Aſiã Aphricam & Europam tulit? Iudei ne? Nõ vtiq;: neq; enim vnquã ipſi gentẽ vllam ad vnius dei cultũ reuocarunt: ſed ipſi ſæpius ad Idolatriã relicto dei cultu declinarunt. At quis hoc dogma per mare: ꝑ Inſulas: ꝑ terram ſeminauit? Nempe ille de quibus Dauid dixerat: Pro pãtribus tuis: hoc eſt ꝑ patriarchis & ꝓphetis: nati ſunt tibi filii ideſt Apoſtoli: qui ſunt a xp̄o in patrũ antiquorũ locum ſubrogati: & ſequitur Dauid. Cõſtitues eos principes ſuper omnem terram: & in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Nam dum Thomas parthos. Matthæus Aethiopiã. Ioannes Aſiã. Petrus Pontũ galatiã Capadociã. Paulus græciã & Illyricũ. & ambo Petrus ſcʒ &

Paulus Romã & Italiã die noctuq̨ docẽdo ꝑambulãt pulſa ſunt e xtẽplis & ex temploꝝ adytis ſimulacriſq̨ demonia: templa euerſa: ſtatuę cõminutę: arę contritę Et tandẽ Conſtãtinus imꝑator bene in xp̃ianos aĩatus fide ſuſcepta & cruce pro aq̄lis & imperii inſignibus cõ tra Maxentiũ Maximiani filiũ xp̃ianoꝝ ꝑſecutorẽ ele uata: in xp̃i reuerẽtiã vetuit queq̨ in crucem agi. Sũmo xp̃ianoꝝ põtifici Siluestro Romã ceſſit: tẽpla quę ad= huc extãt: Chriſto maxĩs impenſis poſuit: Ecce Geor= gi hæc ſunt oꝑa triũphalia xp̃i noſtri: & q̄d xp̃us tuus amplius gerere poterit? quid æquale? quod eſt: dũ eſt: impoſſibile factu eſt. Ariſtoteles enim inter principia rerum naturaliũ numerat & priuationẽ: & ſicut lignum ex non ligno: & lapidem ex nõ lapide: ſic cultũ ex non cultu fieri eſt neceſſe: cultu ergo diuino iã inducto quic quid agẽdum reſtat: minus eſt hoc facto: qui ergo futu rus eſt xp̃s: eo qui iã fuit: & hæc fecit: minor certe erit. & id ex tua cõfeſſione ſequi manifeſtũ. Ad hæc Geor gius ſubiratus: mihi ne dixit tamq̃ mulierculæ iſta nar ras? putas ne te hodie aniculã cõuerſurũ. Non ſunt in= quã o Georgi: nõ ſunt tuæ iſtæ voces: factus es enĩ dia boli ſimulacrum. Sed pone miſer hanc amẽtiam: & no li cõtra ſtimulũ calcitrare: noli ſpirituiſancto reſiſtere: incipe ſi quid habes: & has noſtras aniles fabulas tu q̄ tantus es: diſſolue ſi potes. Habeo inquit penes me re ſpondere quid poſſim: & cum tẽpus erit reſpondebo. Tunc ego: reſpõde nunc optime vir: quãdoquidẽ & tẽ pus & locus id poſtulant. Mẽtitꝰs es inq̄t me: quẽ im= ꝓbũ iudicas: virũ bonũ appellãs: parcius dixi o Geor gi parcius: ego te optimũ virũ nõ aliter q̃ xp̃s dei filius

Iudã amicum dixit: q̃ ſcꝫ non eſſet: ſed amicus eſſe de⸗buiſſet: & quẽ zelo charitatis amicũ optabat. Reſpon de igitur: & cõfer pedẽ: tua namq; ſi bona fuerit: reſpõ ſa amplectemur: & huc huius gratia venimus vt tu de fide recte ſentiẽs & ſane reſpõdens abſoluare: & nos te adiuuãtes cũ aliquo ſpiritualis frugis emolumẽto reſi=piſcenti tibi coletemur: Nondũ inquit Idoloꝝ cultura eſt exploſa: ſed nunc maxime idola colitis vos xp̃iani? O ſancte præceptor inq̃ perge oro te: ꝑge: tolle ex mẽ⸗tibus noſtris hanc impietatem: & doce nos hodie quæ xp̃ianorum ſint Idola: iuro enim tibi me illa cõfeſtim negaturum: dic agedum. Quæ ſunt xp̃ianorũ idola o Georgi. Petrus. Paulus. Hieronimus. Ambroſius. re=ſpondit ille. Vis inq̃ o Georgi amici aduerſum te fun=gar officio. Volo reſpõdit. Tũc ego amici offitiũ ẽ di=xi amicos cũ quid deliquerint: obiurgare: nam inquit Ariſtoteles in ethicis. Melius eſt ferre auxiliũ in mori=bus q̃ in diuitiis: quando id honeſtius & amicitiæ ma=gis congruum. obiurgabo ergo te cũ bõa venia. Quid miſer calũniaris xp̃ianos ꝙ Idolatriæ dediti ſint impu tando? nõne vides inſane tuam amentiã: & ꝙ dum me vocas idolatram: te ipſum eſſe indicas ideotã? quomõ Petrus eſt idolum: cũ Petrus ſit aliquid: idolum aũt ni hil? Idolum eſſe nihil Paulus diffinit: & recte quidem nam in eaꝝ naturarũ catalogo quę a mũdi opifice deo ſunt condite non magis eſt idolum: q̃ chimera: q̃ hir=coceruus: & alia ficta ac imaginaria: quæ ratiõis entia vocant dialectici: nec plus eſt idolũ vnũ quiddã q̃ na=uis & natura: q̃ arator & ſtiua: & cetera ſimilia non per ſe nec a partiũ natura: ſed aliunde vnitatem habentia

hic Georgius cōcitas inq̄t vt video aduerſū me omneꝫ philoſophiā ionicā & Italicā. Vis dialecticoꝝ elēchos & p̄ſtigia ſophiſtaꝝ cōtra me armare. Sed quę gloria vr̄a eſt. Si puerū iuuenes ſi multi fallitis vnum Dauus ſum nō Oedipus. Sphingis ænigma non intelligo. Ah Georgi dixi q̄ longe a recto erras itinere: & q̄ facile redires ad viā ſi redires ad te ip̄m nō es Dauus: ſed es aſpis ſurda: q̄ cauda obturās aurē ſuā: ne audiat vocē icātātis ſapienter. heu miſer in q̄ dirā ſtrigē incidiſti: q̄ ſic omnē tibi ſāguinē ſuctu hauſit: quō es totus deuoratꝰ a Lamia. Ah miſer exue iam opa tenebraꝝ: & idue arma lucis: & redi ad matrē tuā eccl'iam catholicā: quæ te genuit. q̄ te mortuū luget: q̄ nos huc miſit vt ſuſciteris: redi cum filio ꝓdigo ad patris pietatē: ſcis: nec doceri te eſt opus. q̄ ſit clemens & benignus: & ꝑſtabilis ſuꝑ malitia: expectat te xp̄s & angeli ſancti: de quibuſ dicit̄: gaudium eſt angelis ſuꝑ vno peccatore pœnitentiam agēte: redi ad gremiū matris eccl'iæ: parcitur tibi cōdonat̄ hic error iuuētuti. Recordare parentū cognatoꝝ: affiniū: amicoꝝ: & p̄riæ: quibus infidelitatis notā hanc inuris: ꝑdis hac demētia te ip̄m: maculas hoc ſcelere genus tuū: cōtaminas hac ipietate nr̄m hoc ſæculū. Ad hęc ille ſolo fixos oculos tenebat. Nec magꝭ icœpto vultū ſermōe moue t̄. Quā ſi dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes. Et facto ꝑuo ad vidēdum q̄d rn̄deret interuallo: mox adiūxi: at poſtq̄ ꝑſtas in ꝓpoſito: redeo & ego ad ꝓpoſitū: noli metuere georgi te a nobis decipi: neq; ſumus decipuli: vt tu ꝑperā vocas chriſti diſcipulos: q̄ videlicꝫ hoīes piſcarent̄: hoc eſt ſecundū tuā interp̄tationē deciperēt: induco contra te veritatē non

ſophiſma: q̃ de idolo dixi nõ ſt ex ũ apicibus vł appẽdi cib⁹ hũanę curioſitatis: ſed ex verę philophię fũdamẽ-tis: aĩaduerte quoꝝ cõſpectibus aſtes: licet.n.ego & tu forte ſumus Damoeta & Menalcas: nõ ſũt tñ Palęmo-nes q circumſpectãt. Idola ĩquit a me appellatur quic quid aliud a deo nõ adorãdum adorat̃: vt ſanctoꝝ ve ſtroꝝ imagĩes: q̃s ego tũ etiam cũ eſſẽ adhuc puer ſole bam lapidibus ferire & luto cõſpergere. Tũc ego ſubie ci illud Perſianũ: O curuæ in terris aĩæ & celeſtiũ ĩnães & illud. O miſer inq; dies vltra miſer: huccĩe rerũ veni-mus. An neſcis q̃ꝺ quottidie cõtionamur ad pplm a-dorari & deũ & creaturas: &.n.qd ẽ adorare niſi vene rari & colere: ꝙ ſi dicas ſcriptum eſſe deũ tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies: rñdem⁹ adoratiõis genus ẽe duplex: vnũ quod latria: aliud quod dulia vocat̃ a gręcis. prio adorationis genere inclinamur alicui tanq̃ creatori/tã-quã deo hoſtias & oblationes offerendo. Secũdo incli namur creaturę quę inclinatio eſt cuiuſdam excellẽtiæ ꝓteſtatio. de quo genere dicitur cũ in multis ſcripturæ locis: tũ precipue quod memorię nunc occurrit capite xxxiii. geneſeos. vbi dicitur ꝙ Rachel & Ioſeph Eſau patruũ ſuũ adorarunt: quid ergo penes nos eſt? Petrus & Paulus hoc pene iudęos eſt. Moſes & Aaron Nee-mias Eſras Dauid Samuel & cęteri vitæ approbatæ & doctrinę viri/ſanctos enĩ vt deos nõ adoramus: at tan quã dei amicos amamus honoram⁹ veneramur & co-limus. Aliud eſt regem: aliud eſt eſt miniſtros honora re ꝓpter regẽ. ad hęc ille nequitia ſua quaſi q̃dam ſpiri tuali apoplexia correptus obmutuit: & hoc ea de cau-ſa qa ei deerat q̃ꝺ ẽ in cõuerſione potiſſimũ inſpiratio.

bene ergo a xp̄o dicit̄. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater meus traxerit eū: pauca hęc de fide tecū recēſui: ſcio enī magnā & pluſq̄ dici aut cogitari poſſit fidei vī ineſſe: q̄ ſi vigilāter cuſtodieris: faciet te oīum inimicorū victorē: & oīum calamitatū cōtēptorē. ꝓpterea Ioannes apl'us in prima epiſtola capite qnto dicit. Hęc ē victoria q̄ vincit mūdū fides nr̄a: qs eſt aūt q vīcit mūdū niſi q credit quoniā Ieſus eſt fili⁹ dei? Qui Ieſū dei filiū firmiſſime credit: dictis eius aſſentire nō dubitat: qui dictis eius firmiter adhęret: iā mūdū hūc neceſſe ē cōtemnat: at qui mundū cōtemnit: vincit: recte ergo Ioānes concludit mūdi huius eſſe victorē qui ieſū credit eſſe ſaluatorē: & Paulus: fundamentū inquit aliud nemo poteſt ponere p̄ter id quod poſitū eſt: q d' eſt Ieſus xp̄s. Addā vnam Hieremiæ ſnīam: quā Paulus ad hebræos capite octauo. Cōtra iudeoꝝ citat ꝑuicaciā vituperans enī deus iudæos ī Hieremia dixit. Ecce dies veniēt dicit dn̄s: & cōſumabo ſuꝑ domū Iſrael: & ſuꝑ domū Iuda teſtamentū q d' feci patribus eoꝝ: in die q̄ app̄hendi manū eoꝝ vt educerē eos de manu ægypti: quoniā ip̄i nō ꝑmanſerūt in teſtamēto meo: & ego neglexi eos dicit dn̄s: ſic Hieremias. Cerne q̄ manifeſtuꝫ nouo teſtamēto ferat teſtimoniū: qd ē oro te cōſumare: niſi cōplere? vetus teſtamentū diu ideſt vſq; ad xp̄i aduentū fuit inchoatū fuit impꝑfectū: & erat q̄ſi mola inferior ocioſa: cui noui teſtamēti mola ſuperior erat imponēda: vt aduenīete fluxu ſpūs vehemētis: hoīm inter vtrāq; cōprehēſa duricies pœnitetie cōtritiōe molereī. Vn̄ Ioānes Baptiſta ſuꝑioris molę p̄curſor & nūcius ex euāgelio Matthei clamabat pœnitētiā agite ap

ppinq̃bit.n.Regnũ cœlorum:vocat regnũ cœlorum nouũ teſtamẽtũ:ad q̃d cũ iam eſſet veteri imponẽdũ hoïes quaſi triticũ vocat ad molẽdum.ideo dixit xp̃s.Erunt duæ molẽtes:vna aſſumet̃:& altera relinq̃tur. Erat ergo vet⁹ teſtamẽtũ in nouo cõſumãdũ:quod vbi factũ fuit:& rei & conſũationis huius autor xp̃s non tacuit. Sed Hieremiæ reſpondẽs alta voce mox dixit. Cõſũatum ẽ. Vide mirabilẽ dei ſapiẽtiã:inexpugnabile fidei fũdamẽtum:& nutãtis aïæ ſolidũ firmamẽtũ. Sed ne dicẽtes vnã iſtarum molarũ alteri ĩpoſitam videamur ſẽtire cõtra xp̃m dicentẽ vnã aſſumẽdã:alterã relinquẽdã:dictũ eius ſũma cũ reuerẽtia ſic declaramus.vt dicamus fidẽ hebræorum hoc ẽ vetus teſtamẽtum dici a xp̃o ideo derelinq̃:ꝙ ꝑs ea q̃ de ceremoniis idẽ ſacrificiis & ea ſimiliter q̃ agit de iudiciis & de cõtractibus hũanis: ꝑ nouã obregetur:Nos aũt nr̃am illi dicimus ĩponi:ꝙ retẽtis ex veteri teſtmẽato moralibus p̃ceptis.ritus illi cerimoniales in xp̃i ſacrificiũ.Cuius erãt figura:trãſlati ſũt:quo fit vt lex illa vetus hebræorum pedagogus: & derelicta:& nr̃a illi ĩpoſita dici poſſit.Nõ fuerit etiam abſurdũ:ſi dicat̃ ꝑ molentẽ derelictã intelligi teſtamẽti veteris partẽ abrogatã:ꝑ eã vero q̃ aſſumẽda dicitur deſignari decalogũ:& cerimõias:vt ad vetus teſtamẽtum totũ id xp̃i dictũ referat̃:nam vt dixi quod eſt de moribus remanſit intactũ:Cerimoniæ vero mutãt̃ in melius:Sed q̃q̃ ſecundũ hãc expoſitonẽ ad vet⁹ teſtamẽtũ ꝑtinere videatur dictũ xp̃i:reuera tñ tãgit & nouũ:nã illas ꝑtes aſſumi q̃d aliud eſt:q̃ illas ĩ nouũ trãſformari? Te igitur ſæpius interroga an ꝑfecte credas: ſi firmus fueris:nihil ẽ q̃d tolerare iã nõ poſſis: ſinaũt

infirmũ te ſentis: dic xp̄o cũ apl'is: auge nobis fidẽ: nã ſi quis indiget ſapientia poſtulet a deo: & dabit ei. Po ſtulet aũt in fide nihil hęſitãs: & memento ꝙ q deo credit: eũ honorat: qui vero nõ credit mẽdacẽ facit quo nil eſſe poteſt indignius deteſtabilius: pernicoſus.

De ſpe & charitate Cap. xiiii.

REdeo aliquãtiſper ad fidei familiã ſpẽ & charitatem. Vt breui quadã anacephalæoſi magis earũ pateſcat ingeniũ: & quicq̄d dicet̃ erit ex theologoꝝ officina deprõptũ. Spes igitur eſt habitus volũtatis quo ad eoꝝ deſideriũ inclinamur: q̃ fides pollicet̃: deſiderium autẽ eoꝝ eſt bonoꝝ: q̃ nõ habẽtur. Sed quo nam pacto tres iſtę virtutes theologicę ſint diſcretę breuiter explicabo: fides (vt ante diximus) ſic intellectũ afficit: vt his tantum faciat aſſentiri: q̃ ſcriptura ſacra cõmuni reuelatiõe cõplexa eſt. Eſt autẽ cõmũis reuelatio: quæ ſaluandis vt ſaluent̃ credẽda ꝓponit: ſunt & alię q̃daꝫ reuelatiões nõ cõmunes ſed ſpeciales: vt Ioannes apocalypſis: q̃ & ſi vera eſt: & ei cui oſtenſa fuit intellecta: nobis tñ quia q̃ neceſſario explicitæ ſint credenda non cõtinet: clauſa & occulta. In itellectu igit̃ ẽ fides. Spes aũt & charitas in volũtate: volũtas opatiõẽ habet & quietẽ: negociũ & ocium opatio eius duplex. Vna qua velit: altera q̃ nolit. Vtriuſq; negatio eſt quies: q̄d theologi exprimunt p nõ velle: eſt autẽ opatio melior quiete: velle quoq; q̃ nolle p̄ſtãtius. Velle itẽ duplex: ꝓpt ſe: & ꝓpter aliud: primo frui dicimur: ſecũdo vti. Fruimur .n. eum ꝓpter ſe. Vtimur vero cũ gr̃a alterius meliori: quidpiã amamus: vt panẽ ꝓpter vitam. Frui quoq;

duplex. Nã & quotiẽs aliq̄d cũ poſſeſſiõis deſiderio: & quotiẽs idẽ poſſeſſiõis reſpectu nõ habito ſui gratia amamus: ſic vtraq; op̄atiõe frui dicimur: vt duos amores duobus vocabulis illũ ſpei: iſtum charitatis nuncupemus: & ſi dicas ſecundũ hęc dicta nõ videri ſpem ab vſu differẽtem: vtpote q̄ ſicut & vſu quidpiã ꝑpter aliud vt deum ꝑpter nos diligamus. Rñdeo non omnem amorẽ eſſe vſum quo referẽ ad aliud quod amatur ſed eum tantũ quo in melius ordinamus quod amaẽ: ſed omittamus impꝛ̄ſẽtiaꝝ theoremata iſta ſubtiliora: tũc repetẽda cum theologicis q̄ſtionibus acrius intẽdemꝰ. At quia vna oppſitoꝝ eſt diſciplina: de deſperatione aliquid quomodo ſcilicet generetur: adiiciã. Cum voluntas ſibi deum deſiderat ac ſperat: ſi decepta ratio id eſſe obtentu impoſſibile dicat (neq; enĩ niſi decepta id dicet) voluntas quia impoſſibilium nõ eſt electio: deũ vel nullo amplius modo vel ſub cõditione: puta ſi obtinere poſſet deſiderat: & horum vtrumlibet ideſt vel nullo modo: vel cum ea conditione diffidendo expeteret: triſticiam quandam parit in voluntate: quę vna ſatis eſt ad deſperandum. Iudas in vltimo illo ſubmerſionis ſuæ naufragio veniã ſub conditiõe: hoc eſt ſi poſſibilis eſſet: exoptabat: ſed quia decepta ratio id factu impoſſibile nunciabat: deſperatione adductus laqueo ſe ſuſpẽdit. Eſt igitur a natura ſpei aliena conditio: ſed forti atq; animoſa fide ſperandum eſt. Nã ſub conditione aliquid expetere: nõ eſt ſperare: ſicut ſub conditione velle non eſt ſimpliciter velle: vt q merces vult ne moꝛiatur: proiicere: nõ vult ſimpliciter proiicere. Cõditionis igitur impone ſilentium: & alterius vitę

bona ſimpliciter & abſolute ſperare cōſueſce. Sed qui vult efficaciter ſperare: oportet eū firmiſſime credere. Propterea deſperātibus ꝑſuademus vt credant. Et xp̄s apud Mattheū dixit paralitico. Confide fili: & duobus cœcis. Creditis inquit q̄a hoc poſſum facere vobis? reſponderunt: vtiq; dn̄e. Tunc tetigit oculos eoꝝ dicens Secundum fidē vr̄am fiat vobis. Sed de his hæc hactenus: iam ad longanimitatem tranſeamus.

De longanimitate. Cap. xv.

LOnganimitas virtus eſt ad patiētiæ ſubſidiū adinuēta: eius nāq; eſt lōqinqua ac magno tp̄is interiticio remota bona cōſtanter aggredi: & iter expectandū nullis iniuriis frāgi. nullis difficultatib⁹ abſterreri: nullis ꝑturbatiōibus in fugam verti. Lōganimitas igitur patientiæ baculus eſt. Cuius adminiculo diutius ſubſiſtere & ꝑ lutulētam hanc ac lubricā vitam ſine lapſu & caſu poſſit incedere. Spē quoq; adiuuat virt⁹ iſta Nā bonū q̄d ſperat̄ etiā ſi imēſum differatur: ſuadet expectandū. Floruit aūt iſta virtus in ꝓphetis maxie & patriarchis: q̄ vēturū xp̄m a lōge vidētes & in fine ſeculoꝝ naſciturū fortiter ac lōganimiter expectabāt: & ideo dicti ſūt lōganies i ſpe? hic illa vox Ieſaie ꝓphetę Vtinā diſrūperes cœlos & deſcēderes: & illa mitte quē miſſur⁹ es: & iſtę q̄dē voces ſūt ſpei. Audi iā lōganimitatē. Expecta inq̄t dauid dn̄m viriliter age. confortet̄ cor tuū: & ſuſtie dn̄m. Eſt & illa apud Ieſaiā lōganitatꝫ vox expectabo dn̄m q̄ abſcōdit faciē ſuā a domo Iacob & p̄ſtolabor eū & alibi. Si morā fecerit expecta eū Hęc igit̄ virt⁹ ꝓpter expectāda difficultatē inuēta eſt

Nam difficile expectant ea: q̄ ardenter amata nõ ſta= tim habēda ſed longe poſita eſſe iudicant. Hinc illud quod in prima noſtra parthenice diximus. Spes eſt lõ ga dolor: ꝓmiſſaq; munera amãti expectare diu: labor eſt: & põdus iniquũ. Sicut igit magnanimitas in mag= nas: ita lõganimitas in res q̄ lõge abſunt vel abeſſe pu= tantur animos leuat: & inter eundũ mentē ne cõcidat: ꝑſeuerantia ſuſtinet: nam pleriq; dũ ad ea ꝑ lõganimi tatē pergũt q̄ ꝓcul apparent: quaſi iumentũ in via laſ= ſum diuerticula q̄runt: ab onere tergũ a iugo ceruicem ſubtrahũt: & nõnunq̄ aliquantiſper exorbita declinãt inuētus eſt igitur funis quidã: qui (q̄ſi Theſi filũ) extē= tus ac animi manu tētus: nec ad dexteram nec ad ſini= ſtrã errare ꝑmittat: ſed vſq; in finē itineris ne ſit opus quiete: ſuſtentat: hæc eſt igit ꝑſeuerantia: q̄ difficulta tem ex patiētiæ diuturnitate ſurgentē lenit: & q̄ſi Am broſiæ ſucco vires laborãtis inſtaurat. Et quēadmodũ ꝑſeuerantia peculiariter cõtra tolerandũ faſtidium ſic aduerſus omne quod ſe obiicere poteſt impedimentũ conſtantia militat.

Anacephalæoſis dictorum & quod non recte dicitur a theologis voluntas antecedens & conſequēs in deo. Cap. xvi.

SEd anacephalæoſim facio eorũ q̄ diximus: circa difficilia teſte Ariſtotele verſatur virtus: ſicut er= go multiplex difficultas: ita quoq; virtus eſt multiplex difficultas eſt magna ſubire pericula: hãc fortitudo de mollitur: difficultas eſt inter tolerandũ triſticia nõ vin ci: huic difficultati patientia ſe obiicit: difficultas eſt q̄

de futura vita dicunt credere ac ſperare: in hoc ſpes & fides ſuppetias ferũt. Difficultas eſt lõge diſtantia bona diuturna animi ſuſpenſione morari: huic lõganimitas opitulatur. Difficile eſt nouos caſus quottidie contra nos emergẽtes æquanimiter ferre: huic cõſtantia p̃ſtat auxiliũ. Dum lõginqua bona pia lõganimitate expectamus: difficile eſt mentis nõ incurrere laſſitudinẽ: tenere ſemp intentã cordis aciẽ nunq̃ obdormire: nũq̃ hallucinari: nunq̃ ab incepto opere diuaricari: occurrit huic periculo pſeuerãtia: & ita fit vt cõſtare tibi poſſit deũ & naturã nihil p̃termiſſe quod homini ad beatam vitã poſſit cõferre. Et hoc nimirũ eſt quod theologi dicunt deũ velle oẽs voluntates antecedẽte ſaluoſ facere: ſed volũtate cõſequente quoſdam tantũ: iuxta illud. Multi ſunt vocati: pauci vero electi. Ego autẽ nõ antecedẽte & cõſequente: Sed antecedẽtis & conſequẽtis debere dici exiſtimo: vt p hoc innuatur deũ omnes ideo ſaluos fieri velle: ꝙ omnibus (vt dixi) palã fecerit atq; cõmunicauerit ea q̃ antecedere debeãt ad ſalutem hec autem ſunt lex & virtutes: ex quibus tanquã ex antecedẽte ſequit̃ beatitudo tãquã cõſequẽs. Sicut apud dialecticos dicit̃ præmiſſas eſſe antecedẽs: cõcluſionẽ vero q̃ ſequit̃ ex p̃miſſis eſſe cõſequens. Licet ergo deus nõ det omnibus cõſequens: hoc eſt beatitatẽ: tamẽ velle dare ideo videt̃: quia dare vult & dat antecedens ex quo p Sillogiſmũ recte operatiõis inferat̃ cõſequẽs beatitudinis. Sed quia maior pars mortaliũ dum contemptui habet formã huius illatiõis: perdit fœlicitateʒ illius cõſequẽtis: dicit̃ deꝰ velle nos ſaluari: qa p liberalitatẽ ſuã dat antecedẽs: & nõ velle nos ſaluari: qa per

ſegniciẽ nr̃am nõ dat cõſequens: harũ virtutũ habitus cõſuetudineſq; lõgo inuſtas exercitio poſſumus naturaliter q̃dem habere: opatiões aũt ſecũdũ eas vſq; ĩ vitę finẽ integre pducere: ſine dei peculiari auxilio certe non poſſumus.

Q̃ & quare deus odio habeat ocioſos. Cap. xvii.

DAnda eſt igit̃ opa vt in his exerceamur nulla nã q; ſine exercitio virtus: nulla ars ſine vſu eſſe poteſt. vſu aũt parit̃: conſeruatur: auget̃. Nec negauerim deũ vno momẽto poſſe omnẽ virtutẽ nobis impluere. Sed ipſe ſemp & vbiq; deteſtãs ocioſos eas quas nobis cõtulit vires ad vſũ & exercitiũ vult cõferri. Dixit enĩ operariis: quid ſtatis hic tota die occioſi: ite & vos ĩ vineã meã: & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Sed cur pigris & inertibus aduerſetur: duas in pręſentiarũ cauſas ĩuenio: vnã q̃ huiuſmõi hoĩes dũ ſegniciẽ ſequũt̃: maxime diſſimiles deo efficiũt̃: deus nãq; natura eſt actuoſiſſim⁹ xp̃o dicẽte pr̃ meus vſq; mõ operat̃: & ego operor nec voco deum actuoſum. q̃ curſitet aut ſaliat: vt iſtrio. Sũt enim opa eius ſedẽtaria: ſed ſolida: aſſidua perẽnia. Et ppterea fuere theologi q̃ ſcitiſſiẽ dixerint ſubſtãtiã illã infinitã quã deũ vocam⁹: ab actu magis q̃ ab habitu debere appellari: & ex vocabul' ea deo potiꝰ cõuenire: q̃ operationẽ: q̃ q̃ potẽtiã opandi ſignificẽt: vt recti⁹ noiet̃ docẽs q̃ doctor: dãs q̃ dator: regens q̃ rector: diuĩa nãq; opatio nõ ſicut nr̃a tẽporaria. ſed eſſẽtię ſuę coæterna tãta firmitate ſubſiſtit: quãta & eſſẽtia. Alterã: q̃ ꝺ oĩs rei pfectio (teſte Ariſtotele ĩ libro de cœlo) ſita eſſe videt̃ in trinitate: hoc eſt in eſſentia:

potentia: & operatione eſſentia vt aïa: eſt potẽciæ radix & fundamentũ: potẽtia puta intelligentia in eſſentia animæ: eſt vt ramus in arboris caudice: operatio autem vt intellectio quaſi dactyli in termitibus palmæ: q ergo ꝑ ocium ceſſat ab operatione: videt̃ naturã fraudare vltima ſua ꝑfectione: & iniuriã opifici naturæ irrogare: ꝙ eam non eo vſ ꝑducat quo ipſæ ꝑducendam inſtituat. ſicut agricolam ꝓculdubio offendit qui arborem ne fructificet: facit: ꝓpterea dicitur a Ioanne Baptiſta in Mathæo. Omnis arbor q̃ non facit fructũ bonum: excidetur: & in ignẽ mittetur. Tantũ igitur vigilantia noſtra moliatur: tantum induſtria ſe acuat tantum ratio ſe attollat: vt in dies magis perficiẽdo ad virtutes & ad bonos mentis habitus: quæ ſunt fœlicitatis inſtrumenta: perueniat.

De quattuor nouiſſimis: & primo de morte cũ declaratiõe dicti Empedoclis de lite & amicitia. Ca. xviii.

AD maiorem huius ſanctæ ac ſalutaris diſciplinæ ꝑfectum quattuor adiumenta quærenda ſunt: q̃ non extimentur ideo contemnenda: quia vulgata: ſed potius ꝓpterea amplexanda quia vtilia: & ꝓfecto nõ alia fuit diuulgationis ratio q̃ multiplicis vtilitatis cognitio. Hoc autem dixerim ꝓpter eorũ prauam cõſuetudinem: qui ſine reſpectu vtilitatis familiaria oĩa contemnunt: & vſo quottidiano protrita faſtidiunt: quos epigrãmaticus poeta notat dicẽs. Et pueri naſũ rhinocerotis habẽt: nos vero nugis poſt habitis ſaluti cõſulẽtes quicquid prodeſt q̃q̃ ſit vile cõmune: triuiale: ſemper amplectimur tanq̃ rẽ precioſam: negotio accõmo-

modatã: & opportunã. Quattuor ergo adiumẽta ſunt iſta. Meditatio nouiſſimoꝝ. Lectio ſcripturaꝝ. Imitatio ſanctoꝝ. & Supplicatio. Nouiſſima ſũt quattuor. Mors. Infernus. Paradiſus. & Iudicium. Ad naturam mortis enarrãdã mihi offert qnod dixit Empedocles: fieri ſcꝫ omnia ꝑ litẽ & amicitiam: amicitia autẽ eſt generatio: q̃ diſiuncta hoc eſt corpus & animã: & quattuor in corpore elementa cõglutinat. Lis eſt mors: quę cõiũcta diſſociat. Nam corrupta elementoꝝ harmonia lis exorit̃: & calore in humidũ ſæuiente ſequit̃ deſiccatio: quã incineratiõnẽ medici vocãt: ex incineratiõe vero hoc eſt ex radicalis humidi cõſumptiõe mors naſcitur: mediũ inter litem & amicitiã: hoc eſt inter generationẽ & mortẽ interſtitiũ: quies eſt cõtrarioꝝ ĩter ſe pugnantium: Licet enĩ ſemꝑ pugnẽt: tamen vocari poteſt amicitia: q̃diu nõ eſt pugna ꝑemptoria: & eã quietem quæ ſunt inſtar pacis induciæ quedã: appellare ſolemus mortalẽ vitã: quã vt volũt Aſtronomi cœlũ vt theologi prædicant: deus vt ego ſentio vtrumq; diſpẽſat: conſeruat: & limitat:

An mors corporis ſit naturalis. Cap. xix.

AN vero mors ſit naturalis ambigit̃: & ꝑfecto qđ naturã deſtruit eiq; aduerſatur: dicendũ naturale nõ videtur. Quod itẽ a principio venit ĩtrinſeco: naturale id eſſe manifeſtũ: & hoc in ſecũdo libro de phyſico auditu cõfirmat ariſtoteles dicens: in hoc differre naturalia ab artificioſis: ꝙ hæc a principio extrinſeco illa ab intrinſeco habẽt motionẽ: & hoc vtrũq; in morte ꝑſpicimus: naturã enim deſtruit: qđ eſt manifeſtum

& ſit a cauſis nobis intrinſecis: Nam corpus aïatũ cauſas quibus diſſoluit̃ intra ſe habet. calorẽ. ſ. naturalem quo radicalis humor eroditur: & q̃q̃ cibo & potu noua ſupinfundat̃ hũiditas: nõ ẽ tamẽ aduẽtitiũ hoc humidũ priori compandũ: & naturę æque affine & amicum Huic alimẽtoꝝ defectui eſt annectẽdũ vim nutritiuã ĩ nobis fatigari: ac in dies inualidã fieri: & in horas magis euadere repandis corpibus noſtris ĩbecillã. quo fit vt corpus pedetentim vitiet̃: & fiat aſſidue deterius: & aĩę magis inhabile & incõmodũ: & ad vitæ munia minus idoneũ. Cũ igitur mors (quę nihil eſt aliud q̃ vitæ extinctus) hoc pacto ab intrinſeco inducatur certe ꝓficiſci a natura videtur. & iſta q̃dem eſt nr̃a ſententia. Sed neq; p̄tereũdum hic naturaꝝ pluralitatem ineſſe corpibus. natura enĩ dicitur materia & forma: & ipſu3 compoſitũ Vnde fit vt naturaliter fieri poſſit q̃dpiam multipliciter dici. ex alto cadere naturale id materiæ: hoc eſt corpori: Cui grauitas a natura eſt inſita. Formę vero neq; naturale neq; contra naturã: vtpote elementorũ expti: & quę eſt a fermẽto aliena corporeo. Aſt intelligere naturale eſt animę: cuius vis intrinſeca eſt intellectus. compoſito & hoĩ naturale eſt ridere/audire: loqui/ambulare: q iſtoꝝ nõ in parte ſed in compoſito ſũt ſita pricipia: magis tñ in aïa. Propterea (vt dixit bñ Ariſtoteles) naturę nomenclatione dignior eſt forma: mori ergo naturale eſt corpori: naturale & hoĩ ſecũdũ corpus. animę vero contrariũ hoc eſt nõ mori: & p ſeq̃lam homĩ naturale. quo fit vt debita ſit ei reſurrectio: quo poſtq̃ moriendo factũ eſt ſatis naturę corporeæ: ſatiſfiat & ſpũali reſurgendo. Propterea dogma eſt ca

tholicũ remanere in aiabus inclinatõnẽ ad corpus æter nam: donec a deo datore formaꝝ abinuicẽ diſiũcta item rum coniũgatur. Non ergo vt obiectioni primę rñdeã mors hoĩ infligitur vt deſtruat: ſed vt naturę & voluntatis diuinę ſeruato ſemꝑ ordine deducat caro ad eſſe ſpũale. Hinc illud euãgelicũ Niſi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit: ipſum ſolũ manet: ſi autẽ mortuũ fuerit multũ fructũ affert. propterea & ab apl'o mori dicit ſeminari cũ inqt: ſemiat corpus aiale vt ſurgat corpus ſpũale. ſi eſt corpus aiale: eſt & ſpũale ſicut ſcriptũ eſt: factus eſt primus Adam in aiam viuẽtẽ: nouiſſimus Adam in ſpiritũ viuificantẽ. Adam apud hebręos hoiem ſignificat; & ſicut apud nos homo ab humo ſic apud eos Adam ab adama quod terrã ſignificat deriuatur. Vides iã quo mõ mors homĩ naturalis. Sed & aliis modis naturale quid dr. naturale nãq; eſt & quod alicui ſpeciei vt igni & q̃d reꝝ naturę cõmuni: & q̃d ſit placitũ etiã deo ſoli: aſcẽſus igni naturalis q̃a leuis. at ſi natura cõmunis vniuerſo ne ſciſſura fiat: ne ſciſma in rebus accidat: ne mũdi cõtinuatõne diſſoluta vacuũ q̃d abhorret intercidat: ignẽ demittat erit motus ille igni cõtrarius: vniuerſo tamẽ naturalis: ſicut latroni mors: latroni aduerſa/ciuibus ꝑpitia. q; ſi etiam naturę communi qcq̃ repugnãs deo placuerit vt q; cœlũ ſtet vel retrogradiat: id quoq; ĩmo maxĩe dici naturale digniſſimũ. tãto eni naturalis appellatõ eſt verior: q̃to vñ fluit cauſa eſt altior. At ſuꝑma oĩno natura eſt deus. Cui obedire toti inferiori naturę eſt naturale. Sĩpliciter ergo hoĩ naturale eſt mori: & naturale reſurgere: quoniam ſic ab opifice omniũ natura ſtatutũ eſt.

Opiniones varię de morte. Cap.xx.

MOrtis meditationē ſummā eſſe philoſophiam dixit Plato. Nihil eſt enim quod magis aut æq̄ appetitus luxuriā premat: & ad rationis regulā mores cōponat q̄ ſemper ingruētis mortis meditatio. Apud Gethas: & Thraces quidā feri ſunt & ad mortem paratiſſimi: qꝛ redituras putant aīas obeunciū. Quidā & ſi nō redituras: nō extingui tn̄ autumāt: ſed ad loca beatiora tranſire: alii emori quidem: ſed id melius eſſe q̄ viuere. Fœminæ ſuper viroꝝ cadauera interfici: ſimulq; ſepeliri votū eximiū habēt: apud quoſdā eoꝝ puerperia lugebantur. Et has apud illā gentē opiniones diſſeminaſſe putādus eſt Orpheus. qui fuit indigena magni vir ingenii: & poeta ſuauiloquētiæ ſingularis: qua barbarorū aīos demulcēte: ſyluas & ſaxa hoc eſt ſilueſtres & ſaxeos hoīes ad rit⁹ quoſq; libebat traducēdi liberam poteſtatē habebat: dies natalicii triſtes agebantur: funera vero q̄ſi ſacra cū luſu & cātu iucūdiſſime & cū ſumma hilaritate celębrabant: & recte quidē. Nam cū naſcimur ꝑegre ꝓficiſcimur: incerti quod iter: quod hoſpicium: quē vię terminū ſimus habituri: & cū morimur finita ꝑegrinatiōe in antiquæ matris gremiū reuocamur: ꝑegrinationē hanc peccatores produci: ſancti vero breuiari ſemper rogant hinc Dauid inquit. Heu me: quia incolatus meus prologantus eſt.

De multiplici genere mortis corporalis: & nō eſſe tempus merendi poſt mortem. Cap.xxi.

SEd multipliciter & non vno modo mors dicitur nam eſt mors hoīs: qua hō diſſoluitur & volunt quidā Theologi hoīem & omne totū quoddā terciuꝫ

eſſe præter partes quod earum & coitu reſultet: & abi=
tu diſpereat: & id eſſe aiũt: quod morte totius diſſipe/
tur. Eſt & alia q̃dam mors corporis: qua vlteriori re=
ſolutione reuertitur in ea: ex quibus conſtabat elemen
ta. Prima ſi in dei timore/ſi in pietate & religiõe homi=
nem repperit: bona eſt: de qua dicit̃. Precioſa in cõſpe
ctu domini mors ſanctoꝝ eius: ſi peccatorẽ impœnitẽ/
tem reperiat: mala eſt: Ideo: quia vt prima eſt fœlicita
tis: ſic iſta eſt miſeriæ ſempiternæ principiũ. Quamdiu
mortalem hãc vitam viuimus ex virtute in viciũ: ex vi
cio in virtutẽ arbitrio noſtro tranſire ꝑmittitur: at poſt
q̃ de corporis huius tabernaculo eiecti debitũ naturæ
ꝑſoluimus: nec a vicio in virtutẽ: nec a virtute in viciuꝫ
eſt trãſitus. Tunc enim & viatores eſſe deſinimus: & ꝑ
merẽdi ac cõmerendi ſtatum amittimus. Vocabantur
ab antiquis viatores nũcii ac miniſtri magiſtratũ: q ho
mines ex agris accerſebãt. Noſtri aũt viæ appellatio=
nem ad vitã hanc transferũt: ait enim Gregorius in p̃=
ſẽti vita quaſi in via ſumus: qua ad p̃riam ꝑgimus: ma
ligni aũt ſpũs iter nr̃m q̃ſi quidã latrunculi obſidẽt. Cũ
hac ergo vita q̃ morte terminatur finiuntur nõ peccata
ſed merita: quicq̇d enim & in paradiſo recte agit̃ a ſan
ctis: & in inferno peccatur a dãnatis: ideo meriti ratio=
nem amittit: ꝙ extra viam fiat: et enĩ vita eſt agõ: vita
eſt theatrũ: vita eſt olympia: vbi ſpectantibus arbitris
ꝓpoſitis coronis decertatur. Vbi ſũt coronæ finitis cer/
taminibus diſtributæ: q amplius certat nõ vt coronet̃
ſed ex virtutis liberalitate decertat: nõ negauerim ta=
men & tali certamini ſi certamen id dicitur vbi nõ labo
tatur: poſſe etiã multa dari corollaria: a deo maxime.

Quí poteſt pœnas damnato℞ & etiã augere gloriã be atorũ. Quales morimur ſiue boni ſiue mali: tales futuri ſemꝑ egredimur: hoc excepto/ ꝙ ſicut boni melius: ſic mali ſunt ſemꝑ peius habituri. Qui mutari vult/ in vita mutetur: nã poſt mortẽ tanta eſt alterius vitę ſeueritas: vt in ea ſicut ſinguli incipiũt ita ꝑſeuerãt: illic vbi nox eſt: nũq̃ illuceſcet. Vbi dies eſt: nũq̃ lucis nigreſcit occaſus. Hinc Iacobus de p̃re luminũ mẽtionẽ faciens apud quem dixit nõ eſt trãſmutatõ neq; viciſſitudinis obumbratio.

De multiplici genere mortis ſpũalis cũ excuſatione Platonis. Cap. xxii.

SVnt genera duo mortis ſpũalis. vnũ quo virtꝰ & dei timor in nobis expirat. alterum quod vicia & viciorum fomenta mortificat: de primo dixit Criſtus. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortuos enĩ appellauit qui ſæculo: appetitui: qui diabolo ſeruiunt: q̃ prauæ conſuetudinis ſepulchro incluſi nec gratiæ cæleſtis aerem attrahunt: nec dei ſpiritum concipiunt: nec ad legis mandata ſe attollunt. De ſecundo ſpiritualis mortis genere dicitur a Paulo ad romanos capite ſexto Qui mortuus eſt: iuſtificatus eſt a peccato. Si aũt mortui ſumus cũ Chriſto: credimus quia ſimul etiã viuemꝰ cum illo: & paulo infra. Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes aũt deo in Chriſto Ieſu: & quomodo hac morte moriendũ ſit dicit. Non ergo inquit regnet peccatũ in veſtro mortali corpore: vt obediatis cõcupiſcẽtiis eius. ſed neq; exhibeatis mẽbra vr̃a arma iniq̃tatis peccato Sed exhibeatis vos deo tanquã ex mortuis viuentes. & mẽbra veſtra arma iu=

ſticiæ deo: hanc mortem dixit Plato licere vnicuiq; ſibi inferre: quod ab euangelica & apoſtolica doctrina nõ diſcrepat: verũ nonnulli hoc nõ aduertentes & Platonẽ de cõmuni morte loqui calumniantes: dũ eum incõſulte criminãtur de manifeſta ignorãtia condemnant. Mortis meditatione ſic decurſa: ſi conquieſcere vides appetitum: & iraſcibilem tuã infrenari: potes quorſum libet mentis tuæ clauum inflectere: & quaſi iam ceſſauerit tempeſtas remiſſius habere ſtudiũ gubernandi. ꝙ ſi adhuc recalcitrat cataplaſma aliud adhibendum / & mox ꝓferẽda ẽ infernalis barathri recordatio: vt ſicut æſtuans lebes infuſis aquis: & fremens equus verberibꝰ incuſſis: ſic feruor appetitus æternæ miſeriæ oſtenſiõe reſtrictus remittat feruorẽ ſuæ temeritatis. nã rei triſtis ſola memoria dum dolorem ſciet in ſenſu: laſciuiã extinguit in appetitu.

De loco damnatoꝝ q̃ dicit̃ infernus. Cap̃. xxiii.

DAmnatorum locus vt eſt ſanctorũ cõmunis opinio nõ ſub ipſo globo: vt Iſidorus putat: ſed in ipſius globi terreſtris medio: tellure ipſa ſinũ & quaſi aluum aperiente credendus eſt. Iſidorus autem dixit futurum eſſe: vt poſt iudicium: ſolis & lunæ orbes ita firmentur: vt huic noſtro tantum hemiſphærio lucem infundant: damnatos vero in ſempiternam noctem alterius hemiphærii relegandos: vbi eſſe a multis putantur Antipodes: ſed hæc eſt iam pridem exploſa ſententia. nam in medio terræ ventre non in tergo loca illa infamia vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat: ponit eccleſiæ ſancta credulitas: & credulitati

huic ratio nō diſſentit: decet enī eos q̃ obſtinate a deo ꝑ prauā voluntatē & morū obſcœnitatē diſſceſſerunt: ad infima trudi: & a conſpectu ſolis & cœli: vbi dei eſt ſedes: ſub ſcabellum pedū eius: hoc eſt ſub terrā de q̃ dicit̄: terra ſcabellū pedū meoꝝ: mitti: vt ſic impleatur quod dicitur ꝑ ꝓphetam. Sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ: nec ſub terrā ſolū/ ſed etiā in terræ ꝑtem abditiſſimā: & cœlo remotiſſimā: & mūdi cētro cognatiſſimā inuiti debēt in terram: in quā miſeriæ & tenebrarū oꝑtam mortis caligine: & a dei benignitate: & a naturæ beneficiis: & a cœlorum influxibus derelictam.

Opinio antiquoꝝ gentiliū de iferno. Cap. xxiiii.

NE omnino vanū eſt quod poetę gētiliū cecinerūt apud inferos eſſe ſtygē: acherōtem: lethen: cocytum: phlegethontē. Stygē legimus eſſe aquā ad vonacrim Arcadiæ regionē ex altiſſima ſaxi crepidine diſtillantem: tā violentæ frigiditatis: & naturæ tam atrocis: vt ī ea neq̀ argenteū: neq̀ æreū: neq̀ ferreū vas poſſit ſubſiſtere: ſed mox diſſiliat ac diſſipet̄. Stygos hydor appellatur. Contineri & cōſeruari poſſe aiūt vngula tātum mulina: & ea Regē Alexandrū ferūt enecatū: Eſt etiam ſimilis ingenii & noīs aqua & in Achaia ad pheneū vrbē: & in Theſſalia ad peneū amnē. Acheronteʒ Seruius dicit eſſe locū nō ꝓcul a Baiis ī cāpania: mōtibus vndiq̀ clauſum: & patere tātum ad meridiem ſoli. Vbi Aeneas Miſeno & Vlyxeſ Helpenore occiſis necromātiam exercuere: eſt & Acheruſia ſpecus ī aſia ad mare euxinū ꝑ quā cerberū ab Hercule tractum fabu=

lãtur. tam profunde voraginis: vt illinc credatur deſcẽſus ad inferos. Lethes fluuius: & in Hiſpania & in Aphrica circa extremum ſyrtiuu cornu: vrbẽ abluẽs Berenicem: de quo Lucanus. Quã iuxta Lethes tacitus p̃ labitur amnis Infernis vt fama trahens obliuia venis. Hæc aũt attigerimus: vt oſtendatur antiquoꝝ opinionem fuiſſe apud inferos omniũ eoꝝ eſſe congeriẽ: quę apud nos leguntur tetra: dira: horrenda: peſtifera.

Ratione naturali perſuadetur eſſe omnẽ immundiciam apud inferos. Cap. xxv

CRedendũ eſt enĩ aquis vndiq; in eum locũ dilabẽtibus tanq̃ in totius mundi ſentinam & cloacam comportari bitumen & ſulfur: & omnis terrenæ molis ĩmundiſſimas ſordes. fieriq; odorẽ multo tetriorem q̃ in ſcaptenſula apud Græcos: & in auerno apud cãpanos. & aſphalto apud iudæos. Terra enĩ ingẽtibus pforata cauernis: & antrorũ longe lateq; vagantiũ ſuſpẽſa fornicibus capaciſſimam ac ſordidiſſimã aluũ ſuam longiſſime extendit. fiunt in ea (ſicut in pleriſq; terraꝝ locis aſpicitur) æterna materiæ ſemper ardẽtis incẽdia. & nemirum ſit aut incredibile quod de ĩferni recitatur incendiis (præteriens ea quæ dicuntur ab Auguſtino & reliquis autoribus chriſtianis) ſubiiciam hic ex Plinii libro ſecundo naturalis hiſtoriæ capita tria. ſ. cvii. cviii. cix. ſic enim inquit: In comagene vrbe Samoſata ſtagnum eſt emittens limum (maltham vocant) flagrantẽ Cum quid attingit ſolidi: adhæret. præterea tactus ſequitur fugientes. ſic defenderunt muros oppugnante lucullo. flagrabatq; miles armis ſuis. aquis etiam accẽ-

ditur. terra tantū reſtringui docuere experimenta. Si=
milis eſt naturæ naphtha (ita appellatur) circa Babylo
niam: & in auſtagenis parthiæ profluens bituminis li=
quidi modo: huic magna cognatio igniū. tranſiliūtq;
protinus in eam vndecunq; viſam. ita ferunt a Medæa
pellicē Crematā poſtq̄ ſacrificatura ad aras acceſſerat
corona igne rapta. Verum in montiū miraculis ardet
Aetna noctibus ſemper: tãtoq; æuo igniū materia ſuf=
ficit: niualis hybernis temporibus: egeſtūq; cinerē prui
nis operiens. Nec in illo tantū natura ſæuit exuſtionē
terris denūcians. flagrat in phaſelide Lyciæ mons Chi
mera. & quidē īmortalis diebus ac noctibus flamma.
Ignē eius accendi aqua: extingui vero terra aut fœno
Gnidius Creſias tradidit. eadē in Lycia epheſtimõtes
tæda flãmante tacti flagrant: adeo vt lapides quoq;
riuorū & harenæ in ipſis aquis ardeant. alitur ignis ille
pluuiis. baculo ſi quis ex his accenſo traxerit ſulcos: ri/
uos igniū ſequi narrant: flagrat in bactris Cophãti no
ctibus vertex. flagrat in medis & ceſtia gente confinio
periſdis. Suſis quidem ad turrim albam quindecim ca
minis maximo eorum. & inter diu campus Babyloniæ
flagrat quadã velut piſcina iugeri magnitudine. Item
æthiopum iuxta heſperum montē ſtellarū modo cam
pi nocte nitent. Similiter & in megalipolitanorū agro
tam & ſi internus ſit ille iucūdus: frondēq; denſi ſupra
ſe nemoris non adurens. & iuxta gelidum fontē ſemꝑ
ardens: Nymphei crater dira apolloniatis ſuis porten
dit vt Theopompus tradit. augetur imbribus: īgeritq;
bitumen temperandū fonte illo inguſtabili, alias omni
bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? in medio ma

ri hiera inſula ardet Aeolia inſula iuxta Italiam cũ ipõ mari arſit per aliquot dies ſociali bello. & donec legatio ſenatus piauit: maximo tamen ardet incẽdio Theonochema dictum æthiopum iugũ torrenteſq; ſolis ardoribus flammas egerit: tot locis: tot incendiis rerum natura terras cremat: ſic Plinius ad verbum. Quo fit vt mirum videri non debeat ſi in terræ aluo dicatur id eſſe: quod fere paſſim cernitur in ſuperficie: ignis ergo qui in obſcuris illis concauitatibus nigrãtes attollit flãmas fumi & nebularum globos exhalat: qui diu p̱ opaci carceris tactus ampliſſimos euagati poſtq̃ nulla ad egrediendum ſpiramenta reperint: in ſe contorti reuertuntur in ignes: fitq; flammarum & fumi Chaos immenſum: illic damnatorum eſt habitatio: qui aſſidue coguntur Cœca hæc incendia contemplari tantaq; ex hac inuita contemplatione quã in æternum ſuppliciũ ſibi a deo datam cognoſcunr: ſurgit indignatio: tãtus impatientis animi furor exardeſcit: vt omni ratõis vſu poſthĩto cœlo & terræ ac deo ipſi precentur excidium Et quoniam vis concupiſcibilis boni placentis abſentiã & pœne diſplicentis ſentit offenſionẽ. iraſcibilis quoq; deſideratæ quietis nequit a concupiſcibili impedimenta repellere: fit in animo mœror & luctus: & ſine vlla cõſolatione cordoliũ: hæc aũt predicti poetæ p̱ illa qnq; flumina: quæ apud inferos ponũt: myſtice deſignarũt Styx. n. ẽ odiũ. Acherõ triſticia. Lethe obliuio Cocit9 luct9. Phlegethõ ardor Odiũ dei atq; iuſticię. triſticia de pœnarũ acerbitate. obliuio charitatis & ſpei. Luct9 ex pœnarum æternitate: ardor ex conſciẽtia culpæ: ar/

dor item corporis poſt reſurrectionē. quod iugiter ar=
debit: & non cōſumetur. & erit illic mors æterna: quia
īmortalis miſeria: quæ ſupræmo bono ideſt beatitudi/
ni oppoſita poteſt ſummū malū appellari: duo iſti ſūt
fines vltimi bonorum & maloꝝ: quia cū ad illū per vir
tutū officia ſcandendo perueneris: nihil ē ſuperius quo
gradiaris. vbi ad iſtum ꝑ flagitia deſcendendo corrue/
ris: nihil eſt inferius quo prolabaris. Quicquid ergo bo
ni eſt in moribus propter illū quæritur: quicquid vero
mali propter iſtum fugitur. Nec impoſſibile deo iudi=
cetur: quod naturam poſſe non dubium eſt: vt. ſ. cor=
pus ardeat & non conſumatur: & in incēdio æterno vi
ta permaneat nec finiatur. nam & lignū ſetim conſtat
inflāmari poſſe: ſed non conſumi. Eſt & quoddam lini
genus ex quo telæ confectæ: cū purgande ſunt: in ignē
mittuntur nec exuruntur. Vnde veteres regum & prin
cipum cadauera cū erant comburenda: ne cinis eorum
cū lignorum cineribus confunderetur: huiuſmodi telis
inſuta cremabant: Eſt & animal quod naturaliter in ca
minis ardentibus viuit: pyrallē vocant naturales. adde
ꝙ ſicut ante peccatū erat humanū corpus ſic tempera=
tum vt non mori poſſet. ſic & poſt iudiciū miro & indi
cibili modo fermentabitur: vt æternis non cædat incē=
diis. Vnde & Ieſaias dixit: vermis eorum non morieť.
& ignis eorū non extinguetur. Et quēadmodū beati=
tudo omnia bona. ſic eſt cuncta mala complexa dam=
natio. octo igitur genera pœnarū: quæ Tullius dicit ꝑ
leges infligi (ſcilicet damnū. vincula verbera. talionem
ignominiā. exiliū. mortem. ſeruitutē) continet cumula
tiſſime damnatio. hic igitur ſine fine torquentur atroci

ſupplicio: quia nulla fuit in fine religio: At qui ſaltem in ſuprema vitæ veſpera reſipiſcunt: quia peccata in vita relinquunt: aliquando pœnarum finē inueniunt.

De beatitudine cœleſtis paradiſi: & primo quantū atinet ad partem intellectiuam. Cap.xxvi.

DE paradiſi gaudiis temere quicq̃ dicere non auſim, nam ſi (vt ſcribitur Ieſaiæ, capite .lxiiii. & in epiſtola Pauli prima ad Corinthios capite ſecūdo (nec oculus vidit: nec auris audit: nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Quid tentabo verbis expromere quod in cogitationē nequit aſcendere? Græci ſapientiæ deam tritogeniam vocant: φ ordinate tria producat: recte cogitare: recte loqui: recte operari: & Ariſtoteles in libro de interpretatione dicit voces eſſe notas earum quæ in animo ſunt affectionū ex quo ſequitur lingua nō poſſe explicari quod ſit impoſſibile cogitari. dicam tamen aliquid vt animū tuū prouocem ad deſiderium videndi ea quæ mortales oculi videre non poſſunt. Hoc enim deſiderium mentē a terrenis rebus ad Cœleſtia ſubrigēs facit vt adhuc terreni ac mortales: ſimus ſaltem ex parte Cœleſtes. nam ſi verum eſt illud. Vbi Theſaurus tuus ibi & cor tuum. Si Theſaurum in cœlo habemus: neceſſe eſt in cœlo eē cor noſtrum: φ ſi eſt in Cœlo: cœleſte eſt: deſideria facere corda noſtra Cœleſtia: & conabimur ex pauculis infinita: ex minimis ingentia meditari: illo vel maxime moti quod in Gregorii dialogo recitatur. Si mulier in ſubterraneo ac tetetrimo Carcere pariat infantulum & ei in tenebroſis & anguſtis locis iā adulto velit enar-

rare Cæli altitudinem: mundi amplitudinem: ſolis claritatem: aurorę venuſtatem: Lunæ pulchritudinē: Stellarum nitorem: terræ latitudinem: veris amœnitatem: auium alacritatem: vocum modulationem: riuulorum gratiam: hortorū læticiam: odorū fragrātiā mores redundantiam. & reliqua: Nunq̄ verbis conſequi poterit. vt in miſeria illa natus & educatus: cui lucernuncula prolata diem: abſcondita noctem ſemper induxerit credat quæ audierit. Sic profecto nobis in terra natis & enutritis accidit: q̄d & Chriſtus Nicodemo loquēs ſic expreſſit. Si terrena dixi vobis & non creditis: quo modo ſi dixero cœleſtia credetis? & quidē ſicut cœlum magnitudie pulchritudie altitudie terras ātecellit. Sic cæleſtia bōa terrenis bonis prœferēda nō dubito. Hoc inq̄ non dubito: illa tamen non cognoſco: quia omni imaginatione noſtra maiora ſunt. Partis intellectiue duæ ſunt potentiæ. Intellectus ac voluntas. intellectui cognitio veritatis: : voluntati poſſeſſio commoditatis adeo grata eſt: vt nihil poſſit eſſe iucundius. in hac vita ex parte ſcimus ex parte prophetamus. ſapimus vt paruuli: loquimur vt paruuli: quia videmus per ſpeculum in ænigmate. Nā corpus quod occidit aggrauat animam: & opprimit ſenſum multa cogitantem. & vt in libro ſapientiæ dicitur: Cogitationes mortalium timidæ: & incertæ prouidentiæ noſtræ. Quo fit vt intellectus cupiditas quantumcunq; hic ſe ingurgitet & bibat: ſemper tamen ſitibunda remaneat. At in paradiſo quia videbit facie ad faciē: & cognoſcet homo ſicut cognitus eſt: euacuabitur quod ex parte eſt: quod paruuli eſt: quod imperfecti eſt: eritq; īmenſo huic noſtro

deſiderio oppido ſotiſfactum. Cum illa omniformis eſ ſentia quæ eſt prima veritas noſtræ ſe intelligentiæ re= uelabit: tum demum illud adimplebitur. Vacate & vi= dete quoniam ego ſum deus. Nunc enim intellectus multiplicium phãtaſmatum vexatus occurſu: & quaſi puer in venali foro vagus: nunc hoc: nunc illud demi= ratur: nec vacat: nec videt deum: ſed operatur & labo rat incaſſum. hactenus de intellectu. Poſſeſſionẽ con= moditatis cuius amicicia eſt inſeperabiliter annexa vo lũtati: vita iſta nõ præſtat (teſte Salomone) qui poſtq̃ ſenſibus ſuis quicquid deſiderabile erat indulſit. & oẽ genus voluptatis expertus eſt: quaſi nihil adhuc pro= feciſſet: tandem inquit. Ebel ebelim ve col ebel. inter= pretatur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Vide= rat enim omne quod delectat vel non ſatiare: vel repẽ te tranſire: & amitti: & ſenſus ipſos annis recedentibus hebetari: ſacietatem omnium fieri. & ſeneſcere cũ æta= te libidinem. Et certe patria iſta q̃tumcunq; innocẽter ac pie viuamus: ſpei & deſideriorũ eſt patria. in ea po= ſitus propheta dicebat: Glorioſa dicta ſunt de te ciui= tas dei: & q̃ dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiſcit & deficit aĩa mea in atria domini. & ſicut deſiderat ceruus ad fontẽ aquarum: ita deſiderat aĩa mea ad te deum. Sitiuit anima mea ad deum fortẽ vi= uum: quãdo veniam & apparebo ãte faciẽ dei. Hic de fine bonorum hoc eſt de beatitudine diſputãt philoſo phi. & vſq; adeo quærentiũ in hac vita: & nuſq̃ inueni= entiũ beatitudinẽ curioſa ſuccreuit induſtria: vt (teſte Auguſtino in li. xix. de ciuitate dei) naturã ſectarũ de

beatitudine loquentium ad ducentas octuaginta octo varro produxerit. quarum omnium fines ſi quæ illarũ aliquid verę bonitatis attingunt: noſter paradiſus abũdanter includit. nã ſua redundantiſſima voluptate ſic omnẽ voluntatis appetitum inebriat: vt liberum arbitrium in ea poſitum peccãdi facultate priuetur. Quod tamen non eſt libertatem minui ſed augeri: longe enĩ præſtantior eſt libertas: ea tantum velle poſſe quæ diſplicitura ſint nunq̃: q̃ ea etiam velle poſſe: quæ aliquãdo nolle ſit neceſſe. Tunc erit Deus omnia in omnib9 hoc eſt quicquid ſinguli deſiderabũt ſuppeditabit deus Quia tanta dulcedine mentibus noſtris illabetur: vt pfecte compleatur quod dicitur a propheta. Satiabor cum apparuerit gloria tua: vel vt in hebræo eſt imago tua: nam in hebræis codicibus eſt. temuneca. quod interpratatur imago tua. Hec de intellectuali ſeu rationali parte perſtrinximus. de ſenſibus aũt quonã pacto beati futuri ſint paucis explicemus.

De beatudine partis ſenſitiuæ. Cap. xxvii.

Aturam ſeu animæ potentiam quæ & virtus & vis appellatur: tunc beatam dicimus cũ optimum eorum quæ ab ea capi poſſunt ſic per operationem perfectam eſt aſſecuta vt ſit de ęterna ei9 poſſeſſione ſecura. optimum quod intelligi, quod diligi poteſt: eſt deus: Sed quod ſenſibus percipitur non eſt ſpiritus: Deus autem eſt ſpiritus: a quo igitur beatitudo ſit ſenſuum non eſt omnium doctorũ vna ſententia. Sunt qui dicant illam immenſam partis intelle

ctiuę voluptatē(de qua apud omnes conſtat vnde ſit) redundare & quaſi ſuperfluere: ac in potentias ſenſibi-les deriuari: q̄admodum experimur ex variis animi ac cidentibus corpus affici: & quod animo pacato paulo-ante valebat bene. nunc animo perturbato ęgrotare- & q̄q̄ ad omnium ſenſuum gloriam modus iſte ſuffici at. tamen de auditu & viſu aliquid peculiare dicendū eſt. audient enim iucundiſſimas dei laudes vndiq; re-ſonare: iuxta illud prophetæ. Beati qui habitant in do mo tua domine: in ſæcula ſæculorum Laudabunt te. Videbunt ita cœlos ac omnem cœlorum harmoniam percipient: videbunt & ipſum Chriſtum & matrem & omnia omnium beatorum corpora glorioſa: quæ iam incorruptibilia & mirabili decore conſpicua fient intuē tium oculis tam dulce ſpectaculum: vt quod deſidera-ri melius poſſit: neſcituri ſint. Id quoq; erit viſu iucun-diſſimum: q͏̄ ſicut nunc ex motu corporis animā ineſſe percipimus: & vegetare ac regere mēbra corporea: ſic tunc cœlo & elementis & rebus omnibus deum eſſe in-timum: & in qualibet vniuerſi parte totum conſeruare alere ac gubernare mundi hanc machinam non dubio cernemus intuitu. Nunc id ſatis ratio perſuadet. & cre dimus: tamen præ inſcientia noſtra naturali nō perpē-dimus. Tunc autem oculos circumquaq; vertentes id perpendemus. tanta enim erit vis in oculis: tam acuta videndi acrimonia. vt & corporum noſtrorum ac ele-mentorum & cœli quantitates numeros proportiones harmonias ſymmetriam ac naturam omnem beati vi-ſu penetrantes inebriandi ſint ab vbertate domus dei. & dicturi: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi. hic ha-

bitabo quoniã elegi eã. Adde ꝙ beatis nihil erit inuiũ nihil clauſum: nihil inacceſſum. ſed mira ſubtilitate ac agilitate corporis illuc etiã ſine pedũ miniſterio ferent quo deſiderabit ardor voluntatis. ſic erit animæ impe rio corpus obediens & ſubditũ: vt aſcenſui nulla mo les: nulla cõtinuo motui laſſitudo: nullus deniq̃ labor obſiſtat. Non defuerunt qui dixerint & in ſcriptis reli querint in cæterorum ſenſuũ inſtrumentis generandã a deo qualitatem: per quã melliflua ac nectarea qua dã voluptate dulceſcant. Sed quicquid de huiuſmodi qualitate dicẽdum ſit: vnum eſt certũ homines ęternę vitæ deſtinatos a deo per metamorphoſim ſic inſtituẽ dos: vt nihil in eis ſit non beatũ. his præmiis donãtur his coronis decorantur a deo: non qui vrbes aut prouĩ cias: ſed qui carnem mundũ ac diabolũ vicerunt: nec præmia victoribus debita ſolũ reddit: ſed plurima ac maxima corollaria: donatitiuꝫ: congiarium: epulum ſuperaddit: quæ omnia pollicitus eſt chriſtus in euan gelio dicens: faciet illos diſcumbere: & tranſiens mini ſtrabit illis: ex quo innuitur deum ſãctis ſuis omne hu manitatis obſequium: omne liberalitatis officium: om ne magnificentiæ genus: omne charitatis indicium ex hibiturum.

Qꝫ naturaliter virtus eſt honoranda ꝓbatur ex cõ ſuetudinibus antiquorum. Cap. xxviii.

COnſuetudo antiqua Romanorum fuit ex Lauro primũ: ex auro mox coronare triunphantes. Qui obſidione caſtra liberaſſent gramine de obſidionis lo

co decerpto: Qui ciuem in bello liberaſſet querna frō de cingebatur: Qui primus murum hoſtium aſcēdiſſet corona murorum inſignita pinnaculis: Qui primus in hoſtium caſtra irrupuiſſet: corona vallo decorata caſtrēſi: Qui primus bello nauali claſſem hoſtium inſiliſſet donabat̄ corōa roſtrꝫ armata naualibꝰ Celebrabāt græci ſacra certamina hoc eſt olympiacum: pythium Iſthmiacum. Nemeæum. Horum victores hieronicæ vocabantur: & ponebatur eis in victoriæ loco ſtatuta. coronæq; dabant̄ in olympicis ludis pro Ioue ex oleaſtro: in pythiis ꝓ Appolline ex delphica lauro: in Iſthmiis iterū pro Ioue ex pinu. in Nemeæis ex apio: iuxta illud ſatyrici: Graiæq; apiū meruiſſe coronę: & qui huiuſmodi certamina peruiciſſet dicebatur viciſſe periodon: hoc eſt conſumatę virtutis opera perpetraſſe. Eſt enim periodus apud rhetores ſermonis pars perfecta cola continens & commata: cū videlicet ſententia certa quadam deſcriptiōe diffinitur: Dicebātur etiam victores huiuſmodi paradoxi: hoc eſt admirabiles: q̄a videlicet putabantur cunctos mortales fortitudine: ac ea de qua certaſſent virtute præcellere. Singulari etiāꝫ priuilegio donabantur vt vrbē ingreſſuri poſſent: ſi libuiſſet: non porta ſed deiecta murorū parte introire: vt apud Tranquillū de Nerōe legimus Capuā intraturo: His exēplis ꝑclarare cōcluditur: naturale ſemꝑ homini fuiſſe virtutē extollere: & eius excellētiā ac diuinitatē aliquibus egregię laudis ac ꝑcipui honoris declarare muneribus: hāc deus inclinationē mortalibus dedit eandē ipſę habet: propterea nunquam ceſſauit minis: exhortationibus: & exemplis per internuncios priꝰ &

tandem per ſe ipſum nos ad virtutis ſtudium prouoca re. Cuius finis ac præmium eſt felicitas: nõ ea quã vita iſta promittit: ſed illa de qua dicitur. Cum dederit di= lectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas domini. & hæc ha= ctenus de beatitudine.

De Iudicio: & ꝙ Aſtronomi & doctores etiam ca tholici qui tempus iudicii prædixerunt manifeſte delu ſi ſunt. Caput. xxviiii.

SVpremi diem iudicii & generalem carnis huma= næ reſurrectionem multi predicere voluerũt. Sed in omnibus huiuſmodi vaticiniis compertum eſt Xp̃i dictum eſſe veriſſimum. Non eſt veſtrum ſcire tempo ra & momẽta quæ pater poſuit in poteſtate ſua. Lactã tius allegans illud pſalmi: mille anni in conſpectu tuo tanq̃ dies heſterna q̃ præteriit: ſex millibus annis Cre= didit mundum duraturum. quot diebus eſſet conditus ab initio. Concordat huic ſentẽtiæ quod legitur in Tal mud hebræorum. in eo nam libro vbi agitur de Idola= tris ſcribitur: filios Heliæ qui fuerunt anteceſſores nr̃i filii ꝓphetaꝝ Carmelitæ: ſic dixiſſe Seſet alapim ſana aĩa holam: ſene alapim tou. ſene alapim torat: ſene ala pim dies meſſię. quod ſic interpretatur. Sex mille anni fuere mũdi: hoc eſt aſſignati ſunt mũdo a deo. duo mi lia vanitatis vel inanitatꝫ: q̃a ſine lege trãſierũt. duo mi lia legis: duo milia Xp̃i· Eodẽ fere mõ lapſi ſũt Metho dius Beda Euſebius & alii qui ſex dies operationis di= uinæ & ſeptimũ q̃etis fruſtra cõtẽplãtes & cuilibet diei chiliadem ſuperſtitioſe ſatis aſſignantes ad ſummã ſe= ptem miliũ annorũ duxerũt excurſum ſæculorũ. Huic

cabaliſticæ numerorũ rationi videtur alludere quod a catholicis doctoribus: & præcipue quod in fine librorũ de ciuitate dei dicit̃ ab Auguſtino. Sex.ſ. eſſe mũdi ætates: & temporis huius noſtri ſæculi articulos. Primã ab Adam ad Noe. ſecundã inde vſq; ad Abrahã non æqualitate tẽporũ: ſed numero generationũ: denis enĩ generationibus ambæ terminantur. hinc ſicut Matheꝰ recitat tres ætates vſq; ad Chriſti ſubſequuntur aduentum: quæ ſingulæ denis & quaternis generatiõibus implentur. ab Abraham vſq; ad Dauid vna. altera inde vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonicã. tertia inde vſq; ad Chriſtũ. Sexta quæ nunc agitur: quẽ finẽ ſit habitura non dixit. hunc finẽ volens quibuſdã ſignis Chriſtꝰ oſtendere dixit. Surget gens contra gentẽ & erunt terre motus magni & peſtilentiæ & fames: quibus verbis motus Gregorius cũ videret multa ex his quæ dicũtur a Xp̃o tẽpeſtate ſua contigiſſe: putauit adeſſe diem iudicii: verũ prophetiæ ac vaticinia omnia tot ſunt obſcuritatibus obumbrata: tot ambagibus inuoluta: vt niſi iã adimpleta poſſint fere nunq̃ intelligi. Iuſtiniani imperatoris tẽpore circũferebatur oraculũ: quo dicebat̃ mundũ cũ prole ſua periturũ cũ ad Romanũ imperiũ Aphrica rediiſſet. & cũ eo tẽpore Beliſario duce ſtrenue rem agẽte rediiſſet. putabatur in foribus adeſſe iudiciũ. Subpauidi omnes arrectis animis circumſpectabant vnde conflagratio generalis erũperet. In hac cõmuni gentiũ ac populorũ trepidatione ac tumultu pugnæ cuiuſdam repentinus euentus cũ ſumma omnium admiratione pene ac riſu declarauit oraculũ. Nã poſt receptã Aphricã cum vellet idem imperator liberare a

gothis Italiam: ducē nomine Mundum ad præclari id negocii miſit cũ exercitu qui in ipſis Italiæ faucibus cõtra Gothos infeliciter pugnans cum prole occiſus eſt. Mox cũ rumor increbruiſſet. Mundũ ducē periiſſe: vaticinio intellecto timore iudicii fũctus eſt mũdus. His adiungendus eſt error aſtronomorũ tam hebræorum q̃ noſtrorum temeritatē ſuam frenare nolentiũ. Abraham hebræus aſtrologus qui princeps cognominatur a ſuis: coniunctioni Iouis cum Saturno Moſis natiuitatem regnũ Iſrael & legis promulgationem attribuit: & cum anno Chriſti. Mccccxliiii. in cancro & rurſus poſt annos. xx. hoc eſt. Mcccclxiiii. in piſcibus futuram prę uideret eam coniunctionem: putans redeunte cauſa rediturũ effectum: Meſſiam in altero prædictorum Coitũ expectari debere præcinuit. ſed non ſolũ non venit ſed ea tēpora tanta iudæorũ ſtrages eſt inſecuta: vt ex omni hiſpania vbi opibus & multitudine plurimum co aluerat: noſtris diebus a Ferrando rege finito Granatenſi bello ad vnum omnes eiecti ſint. Arnaldus etiam noſter vaticinari voluit anno Chriſti. Mccclv. ob conuentum trium ſuperiorum planetarum in aquario: vel Mcccclxiiii. ob connexionem ſupradictorum ſaturni & Iouis in piſcibus: venturum Antichriſtum: Sed cum ea tempora iam præterierint: agitur enim nunc a Xp̃o annus milleſimus quadringenteſimus nonageſimus ſeptimus: eos profecto ignorantes: arrogantes: mendaces: leues: & ridiculos: nugigerulos declarat euentus:

Futurum eſſe diem Iudicii   Cap. xxx.

SEd quamquam ſit incertum iudicii tempus: cer=
tum tamen eſt futurum iudicium. nam Carnis re
ſurrectionem & Platonici conceſſerunt: & Sybille præ/
ſagierunt: & prophetæ prædixerunt. Chriſtus confir/
mat. prædicant Apoſtoli: nunciant Aſtronomi: & q̄d
pluribus opus eſt? Conflagrationis extremæ memoria
vel a dæmonibus edita: vel a Cœlo præoſtenſa in anti=
quis gētilium libris celebratur: inde illud Ouidii in pri=
mo Metamorphoſeos libro de Ioue loquentis.
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur: affore tempus.
Quo mare: quo tellus: correptaq; regia cœli.
Ardeat/Memini me apud Petrum aponenſem in eo li
bro qui conciliator inſcribitur legiſſe: tempore diluuii
generalis planetas omnes ſub aquatico piſcium ſigno
conueniſſe: & conſpirantibus aſtris in animalium per=
nitiem Cœlum coniuraſſe: ſorte pari modo volunt ali/
quando futurum: vt planetis omnibus in Leone con=
iunctis qui flammigerantis eſt naturæ: virtus ignis ſu=
pramodum excreſcens cœteris elemētis & cunctis ani
mantibus moliatur interitum. ſed quia hinc ſequi vide
tur diem illam ab aſtronimis poſſe præuideri: vt pote
qui peritiam habent motuum Cœleſtiū: puto hunc ad
mirandū ac terribilē effectū non a Cœlo: ſed a Dei vo
luntate pendere: q̄ cū ſit etiā angelis & beatis inſcruta/
bilis: pſciri nullo mō iudiciū dat̄: niſi a deo ip̄o reuelet̄:
& cū Apl̄is id ſcire deſiderātibus: & ſup eo Xp̄m inter
rogātibus reſponſū fuerit: nō eſt veſtrū ſcire tp̄a & mo
mēta quæ pater poſuit ī poteſtate ſua: credo id fruſtra
ſpari a poſteritate: & ſatius eē deſiſtere ab hac tā curio
ſa temeritate. Nō deſunt ēt noſtris tp̄ibus q̄ dicāt ap=

propinquare tempus Antichriſti: quendã quoꝗ; pro=
phetã breui naſciturũ qui magnã morũ & legũ varieta
tem inducat. fuerunt qui dixerunt a Xp̃o vſq; ad An/
tichriſtũ mundũ ſex ætates habiturũ: & primam fuiſſe
apoſtolorũ: ſecundã martyrũ: tertiã doctorũ: quartã
anachoritarũ hoc eſt ſecedentium: vt Pauli primi here
mitæ & Antonii ac ſimiliũ. quintã monachorũ. ſextaꝫ
mendicantiũ. & hac euoluta putant Antichriſti tẽpus
affuturũ. Sed cũ omnia ſint incerta & plena fabularũ
illud xp̃i tenendũ eſt. Eſtote parati quia qua hora nõ
putatis filius hominis veniet.

De Helia patre Carmelitarum ante diem iudicii p̃=
mittendo. Cap. xxxi

HEliam patrẽ noſtrũ pręmittendũ a deo canit Ma
lachias: ſic. n. quarto capite dicit: Ecce ego mittã
vobis Heliã teſbitẽ anteq̃ veniat dies domini magnus
& terribilis. vel vt interpretati ſunt ſeptuagita: illuſtris
qui conuertet cor patrũ ad filios: & cor filiorum ad pa
tres. ne forte veniens percutiam terram anathemate:
vel vt tranſtulerunt ſeptuaginta: penitus: Ad quid xp̃o
peculiariter præmittatur Helias declarat Auguſtinus
vigeſimo libro de ciuitate dei. capite. xxix. dicens eum
exponendo legẽ ſpiritualiter ac myſtice conuerſurum
corda patrũ ad filios. & filiorum ad patres. hoc eſt ope
re impleturũ: vt filii qui legẽ ſecundũ litterã interpretã
tur: tum demũ eã ſic intelligant. vt ſancti patres eorũ
intellexerunt. & ideo cũ Xp̃o in tranſfiguratione Mo/
ſes & Helias recte apparuerunt: vt oſtẽderetur vterq;
legis ſenſus per moſem litteralis/ quẽ iudæi in cæcitate

ſequuut. & per Heliam Myſticus quē tenēt electi Xp̄o cōſentire ac teſtimoniū ferre: Conflagratum orbē: morituros hoies: atq; reſurrecturos. Chriſtū in maieſtate venturū ac apparíturū: & de miſericordiæ opibus ſcrutiniū habiturū: bonos in vitā: malos in ignē miſſurū: nō dubitamus. Si vero hæc ad plenū ſcire deſideras: qđ vt facias etiā atq; etiā te hortari nō deſino: Auguſtini vigeſimū librū de ciuitate dei frequēter euoluas: ipſe nāq; teſtimoniis vndiq; contractis litteras noſtras atq; gētiles: vetus inſtrumētū atq; nouū excribens ſūmo ingenio ſūma diligētia de his luculentiſſime diſputauit: hæc ſunt quæ ſi memoriæ tenueris: & frequenter quaſi ruminādo meditatus fueris: ægritudinis tuæ moleſtias patiētiſſime feres: & cōſtāter huius vitæ mortalis bona æque ac mala peritura contēnes.

De ſacra ſcriptura & primū cur ſit adeo ſuadibilis Cap. xxxii.

MAgnum & mirabile contra corporis dolores & animi triſticiā inuenies ex ſacræ ſcripturæ lectione rem ediū: & certe iudicio meo nullus eſt ſermo q̄q̄ ſit accuratiſſime cultus & ſūma eloquentia ornatus ac ſplendidus. q mētes ægras magis cōſolari & curas æq̄ poſſit demoliri: Feci ego pſæpe piculū. namcū fuerim aliqñ circūuentus multis anxietatibus (quarū feraciſſima eſt turbulenta iſta mortaliū vita) pfugi ſp ad codices ſacros tanq̄ ad arcē munitiſſimā: & præſentaneum medicamentū animi laborātis. & qđ in eis quærebat leuamē inueni: nec a ſpe nec a deſiderio meo ſum fraudatus: Sæpenumero mecū cogitaui vnde tā ſuadibilis ſit iſta ſcriptura: vñ tā potēter influat ī aīos auditorū:

vnde tantũ habeat energiæ: vt nõ ad opinandũ tantũ ſed ad ſolide credendũ oẽs inflectat. non eſt hoc impu tandũ rationũ euidẽtiæ quas nõ adducit. nõ artis indu ſtriæ aut verbis ſuauibus & ad ꝑſuadendũ accõmoda/ tis: quibus nõ vtiĩ. Sed vide an id in cauſa ſit ꝙ ꝑſuaſi ſumus eã a prima veritate fluxiſſe: ſed vnde ſumus ita ꝑſuaſi niſi ab ipſa? quaſi ad ei credendũ nos ſua ipſius trahat autoritas: Sed vnde oro hanc ſibi autoritatẽ vẽ dicauit? neq; enĩ vidimus nos deũ concionantẽ: ſcribẽ= tem: docentẽ: tñ ac ſi vidiſſemus: credimus & tenemus a ſpũ ſancto fluxiſſe q̃ legimus: forſitan fuerit hæc rõ firmiter adhærẽdi: ꝙ in ea veritas ſit ſolidior: q̃uis nõ clarior. habet. n. oĩs veritas vim inclinatiuã: & maior maiorẽ: & maxima maximã: Sed cur ergo nõ oẽs cre= dunt euãgelio. Reſpondeo: ꝙ non oẽs trahunĩ a deo. Sed q̄d longa opus eſt diſputatione? firmiter ſacris ſcri pturis iõ credimus: ꝙ diuinã inſpiratõnẽ ĩtus accipim⁹

Contra philoſophos dicentes credere nos ſcripturę ſacræ ꝑpter conſuetudinem. Cap. xxxiii.

DIcunt philoſophi virtute cõſuetudinis id effici: etenĩ vt aiunt illa in quibus fuimus & nati & ab infantia imbuti: & hactenus educati: ſic nos afficiũt vt ea relinquere quaſi naturalia non poſſimus: Verum id friuolũ: quomõ nãq; ꝓprias ædes: quõ patriã: quõ pa rentes q̄ nos genuerũt: a quibus his imbuti & educati ſumus vnq̃ relinqueremus ſi conſuetudini tantũ tribui mus? Quæ fuit vnq̃ cõſuetudo longior: perennior: blã dior: dulcior: q̃ ea q̃ inter parentes & liberos interceſſit & tñ relinquit hõ patrẽ & matrẽ & adhæret vxori ſuæ.

Sed dices id fieri ꝙ omni cõſuetudĩe natura ſit fortior: & quidẽ id fateor. & erit iſte mihi locus ad arguendũ ſi eſt cõſuetudine natura validior vt obiicitur: cur ergo ratio naturalis quæ fidei nõ conſentit: fidẽ nõ frangit: neqꝫ enĩ virginẽ peperiſſe & deũ cõcepiſſe natura perſuaſit. imo & diſſentit: Cur ergo conſuetudinẽ ſicut in abducẽdis a parẽtibus liberis: ſic & in credẽdis natura nõ vincit: Ineſt ergo ſcripturis ſacris neſcio quid: imo ſcio quid natura ſublimius: ideſt inſpiratio facta diuinitus: & diuinæ irradiationis influxus certus: Quod ſi & aliarũ religionũ hebraicæ & machometanæ exempla produxeris: in quibus eſt aſſenſus qui nõ diuino influxui: ſed imputandus ſit conſuetudini: Reſpondemꝰ eorum religione contineri humilia. & nihil fere ſupra terrena ac humana. quibus credendis cũ non multum natura reluctetur: Cõſuetudo facile opitulatur. noſtra vero ſunt ſublimia: diuina: cœleſtia: creditu difficillima: quibus cũ fortior conſuetudine natura cõtradicat neceſſe eſt vt inſpiratio faueat: Ex quo forte concludi non imerito poſſit fidei: ſpei: & charitatis habitus acqſitos nõ ſufficere: ſed infuſos cum inſpiratione haberi oportet: Non magni ergo momẽti (vt dicere cœperamus) eſſe nõ poſſunt verba: q̃ ſpiritu ſancto inſpirãte ſunt ꝓlata. Vnde mẽtibus multorũ fideliũ ſeu religio ſeu magis quædã ſupſtitio id faciat: iam dudũ inſedit: vt ſacrorũ verborũ ſenſus ad quicq̃ operandũ nõ ſufficiat: ſed opus eſſe verba ĩpa in ea qua primũ ꝓlata ſũt lingua proferri. quod ſentire videtur Origenes in primo libro contra celſum dicẽs dæmones verbis quibuſdam linguæ illius vbi loca ſortiti ſint: a magis coartari:

ab alterius linguæ vocabulis ſenſum eūdē faciētibus: q̄ ſi magū nō audiāt: nil moueri: habet igitur vitale nutrimentū venerāda maiſtas ſacrað ſcripturarū. ꝓpterea cū audiiſſet Xp̄s ꝓpter parabolā de his quæ intrantia ꝑ os non coinquināt animā quoſdā inſipiētes a fide receſſiſſe: & ideo apoſtolis dixiſſet: nūquid & vos vultis abire? Rn̄dit petrus: verba vitæ habes ad quē ibimus: eſt ī eis verbis veſtita nuditas. mľtiplex ſimplicitas. ſublimis hūilitas. & habilis vniuſcuiuſq; ingenio ſubtilitas eſt in ea quod rudibus foris pateſcat. & quod eruditos introrſum adducat. eſt quod fortiores robuſte exerceat & quod imbecillis vltro ſe exhibeat.

De multiplici ſenſu ſacræ ſcripturæ Cap. xxxiiii.

SCriptura ſacra nullū putamen hēt: nihil diminutū nihil ocioſum. nā nō verba ſolū verū & res & facta ſignificant. ſi ſenſum verborū attēdis: hiſtoriam hēs: ſi ſignificātiā rerū aſpicis: vt ꝙ agnus typicus xp̄m ſignificet: allegoriam vides. Si ad mores referas: vt ꝙ Xp̄s a nobis cū virtutū odoribus eſt quærendus: quia ſanctæ mulieres cū aromatibus ad monumentū venerunt: tropologia eſt: ſi ad Cœlū rem transferas: Vt cū ꝑ Hieruſalē cœleſtis patria deſignař: anagogiā facis(hn̄t & hebræi ſenſū hūc quadruplicē in ſacris litteris. litteralē appellant peſat. hūc ſicut apud nos Nicolaus lyra: Sic apud eos rabi Salomon & Clemei ꝓtractarūt Allegoricus dicitur midras. Vnde extat midras Rut: & midras cælet: hoc eſt myſtica rut & eccleſiaſtis expoſitio. & doctores talmudici hanc ſequuntur. Tropologicum appellāt Sechel. in quo Abram ab Nazara &

Leui bē Gerſon & Rabi Moyſes ęgyptius deſudarūt. Anagogicus āt cabala nūcupat̄: nā expoſitio illa legis tāto verior q̄to abſtruſior: quā moyſes ab ore dei dicit̄ accepiſſe nō ex libris diſcebat̄. neq͂. n. ſcripta erat. ſed a docēte ſuſcipiebat̄ a diſcipulis tanq̄ res ſacra & hn̄da inter arcana. Cabala nāq͂ ſuſceptio interpretat̄: & hæc expoſitō a litterali ſenſu ad anagogicū quaſi a terrenis ad cœleſtia volare contendit. Senſum hūc quaſi aīam legis & verborū medullā ne amitteret̄ poſt captiuitatē Babylonicā Edras cōuocatis ſeptuaginta duobus ſapientibus inſcriptis redegit: & in ſeptuagīta duo volumina digeſſit: quæ deo p̄cipiente palā legēda nō ꝓpoſuit ſed ſolū legis peritis ac in ſacrarū litterarū ſtudio exercitatis ac ſapientibus viris cōmunicāda edixit. hos ſenſus Paulus apoſtolus ſpiritū vocat: cū reprehēdens iudæos qui ſoli litterali innitebantur dicit. littera mortificat: ſpiritus aūt viuificat. Notandū inſuꝑ hos ſenſus poſſe Moſis faciē oppilari: litteralē autē eſſe velum ei ſuppoſitum. quo adhuc iudeorū ꝓſpectus ne veritatem videāt: impedit̄. ꝓpter quod Malachias ꝓpheta dixit Heliam carmelitarū patrem ꝓphetā magnum & admirabilem: ante xp̄i aduentū ad iudiciū p̄mittēdū: qui ſcripturam ſpiritualiter exponens & velum a facie Moſis detrahens: patrum ad filios corda cōuertat: ſenſus hos myſticos credimus Xp̄m tradidiſſe diſcipulis: cum (vt ſcriptum eſt in euangelio) aperuit eis ſenſum: vt ſcripturas intelligerent: de his etiam intellexit cum dixit ſcrutamini ſcripturas. ipſæ teſtimoniū perhibēt de me. ſed ideo defecerunt ſcrutantes ſcrutinio: quia quod erat in ſenſu: quærebant in textu. q̄ vero ad hos

ſenſus ſit recurrendũ: docet ipſe Xp̃s: qui fere ſemper myſtice loquebatur: vt in parabolis eius manifeſtatur. cum igitur eodem ſpiritu quo xp̃s loquebatur data lex fuerit: innuitur ꝙ ſic quęrẽda ſit veritas in verbis legis: ſicut modo quæritur in xp̃i parabolis.

Quod & cur ſcriptura ſacra arcæ legis comparatur. Cap. xxxv.

SCriptura ſacra fœderis arta eſt intus & foris deaurata: aurum interius charitas in deum: aurum exterius dilectio eſt in proximũ. In arca tria ſunt. Lex dei. virga Aaron: & Manna. Lex docet quid agendũ: a quibus cauendum: dat præcepta mortalia. quæ quia ſunt de lege naturæ: in ſua adhuc maieſtate perdurant dat præcepta cerimoniarũ hoc eſt ſacrificiorum. Veteres enim ſacra cerimonias appellabant. hæc quia Xp̃i: quod verum eſt ſacrificium erant figura: Chriſto veniente ceſſauerunt: & quia ſunt in melius cõmutata: dici deſtructa & ſoluta non debent: Non enim venit Xp̃s ſoluere legem: ſed adimplere: & vt ſupradictum eſt cõſũmare. At qui in melius commutat nõ ſoluit: ſed q̃d minus erat: quod inchoatum: quod vacuum: ſupplet: perficit & adimplet. pro omnibus enim antiquæ legis ſacrificiis vnicum Chriſti ſacrificium nos habemus: & ꝙ Chriſtus ille agnus ſit quẽ iudæi quinta decima Martii luna paſchalibus ſolenniis offerebant Ioannes Baptiſta a littera ad ſpiritũ hoc eſt ad ſenſum tranſiens allegoricum: manifeſtat cũ inquit. Ecce agnus dei: Ecce qui tollit peccata mundi: ac ſi diceret nõ ille agnus animal brutum vt verborum textus: ſed iſte vt inuit ſpũs.

& ſenſus ſaluare nos poteſt: Dat inſuper iudiciorum p̄
cepta: quæ ſi placent: obſeruare permittimur: dummo
do non putemus ea veteris inſtrumenti autoritate ſer=
uanda. Nam quoad hæc inſtrumentum illud eſt anti=
quatum: reſciſſum/abrogatum: ſed ſi ex re eſſe videat̃
denuo inſtitui & pro legibus haberi nō vetitum: quod
ſi fiat: debebunt obſeruari & pro legibus haberi: vim=
qꜫ (vt diximus) non a veteri inſtrumēto ſed a noua ſor/
tientur inſtituto: Item in arca eſt virga quia in ſcriptu/
ra ſacra eſt imperium quo regimur: cuius autoritas de/
ſcendens a Chriſto in ſummum pontificem tranſit: a
pōtifice in imperatorem. Pontifex enim eſt mediator
Chriſti. & hominum. nam regnum chriſtianorum ma
gis eſt ſacerdotium dicendum q̃ imperium: dicente Pe
tro apoſtolo genus electum: regale ſacerdotium: Qua
re pontificatus non in lacū imperii ſubrogatus: ſed im
perio eſt ſuperpoſitus: vt a pōtificatu regatur imperiū
& quod pontificatus ſanctitas faciendum arbitratur:
imperatoria maieſtas exequatur. Vnde & duplex eſt
gladius: vnus ſpiritualium qui eſt pontificis. alter tp̄a=
lium. qui pontifici & imperatori eſt cōmunis. Sed hēt
eum pontifex in vaginam conuerſum: Imperator vero
tenet manu ſtrictum. in vaginam conuerſus eſt autori
tatis poſſeſſio: manu aūt ſtrictus autoritatis exequu=
tio. vterqꜫ a Chriſto pontifici: alter a pōtifice datur im
peratori. Virga hæc aliquando florens: aliquando ari
da: aliquando mollis. aliquādo dura. noſtræ enim gē=
tis imperium nunc humile: nunc ſublime: nunc flexibi/
li & lenta: nūc ferrea & rigida vtitur poteſtate: quia nō
nunq̃ iuſticia ſeruiens agit: nonnunq æquitas inclæmē

tiam & miſericordiam mitius dulceſcit: cum floret aũt non terreni roris: ſed diuinæ virtutis id opus eſt. nam chriſtianæ gentis imperium cœleſte non humanũ agit arbitriũ. Item in arca eſt manna: q̃a ſcriptura ſacra ſpe futuræ vitæ & cæleſtiũ bonorum promiſſione in huius vitæ deſerto nos paſcit: donec extincto Moſe Ieſus alter dux in terrã repromiſſionis inducit. Teſtamentum vetus myſteriis ac figuris eſt refertũ: quarũ multę iã diu intellectæ: multæ quottidie reuelãtur: multa in futurũ ab eodẽ ſpiritu qui eas condidit docenda ſeruãtur: Recitat Plinius de hiſtoria naturali libro octauo capite. xx venenatis pabulis cynere herba ceruos mederi: pcuſſos a phalangio quod eſt aranei genus: cancros comedere:. Cũ vulnerati ſunt: dictami paſtu ſagittas eiicere hirũdines vexatos pullorũ oculos Chelidonia ſanare: Muſtelam in muriũ venatu ruta ſe fouere: anguẽ hyberna latebra viſu obſcurato herbæ marathro ſeſe affricãtẽ oculos reparare. Elephantẽ cameleonte deuorato q̃ herbæ ẽ cõcolor: oleaſtri foliis veneno occurrere. Quẽadmodũ his & aliis animalibus remedia morborũ dãtur a natura: ſic nobis adeo contra ſpirituales morbos data eſt ſcriptura: dicente Paulo. Quæcũq; ſcripta ſũt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: vt per patiẽtiam & cõſolationem ſcripturarum ſpem habemus: Primo igiť loco ſcriptura ſacra tibi legenda eſt: Secundo doctorum codices approbati: Tertio philoſophi: qui de motibus diſputant & poetæ graues: qui mira eloquentiæ ſuauitate philoſophiæ ſeueritatẽ condiunt: ſupcilium ponũt. frontẽ caperatã extẽdũt. & veternoſũ ei ſeniũ auferẽte: venuſtatis gratiã & iuuenilẽ quendam deco

tem inducũt: nihil.n.eſt aliud ꝗ̃a poeſis q̃ philoſophia q̃dã myſtica: fucata: interpolata: Quarto hiſtorię. hac ſpiritualiũ ciborũ varietate refectus in hac pulchra ac ſancta ſuppellectile cõſtitutus potes omnẽ & ægritudinis & vitæ perferre moleſtiam.

De ſanctorum imitatione. Cap. xxxvi.

EXempla fortitudinis: ac patiẽtiæ: ſpei: longanimitatis: & ꝑſeuerãtiæ frequẽter legenda ſunt: & ſꝑ hñda eſt ante oculos ſanctimonia confeſſoꝝ: pudicicia virginũ: cõſtãtia martyrũ. hoc ſit ſpeculũ ad qđ aĩæ tuæ q̃ ſponſa eſt Xp̃i: caput amicias: faciẽ linias: ſinũ exornes: vt in veſtitu deaurato. Charitatis circũdata varietate virtutũ cum huius vitę nox ꝑ̃ceſſerit: & æternę vitæ dies illuxerit: ambulare honeſte valeat ĩter triũphales choros paradiſi & hñs veſtẽ nuptialẽ poſſit æternis adeſſe cõuiuiis. bona illa Romanoꝝũ antiq̃tas quæ virtutũ lapidibus orbis terraꝝ fundabat imperiũ vt ad imitandũ iuuenes ꝓuocaret: pãgebat in cõuiuiis egregia maioꝝ facinora cõpræhẽſa carminibus: Simili officio Religioſi oẽs & nos ꝑ̃cipue: cũ cibo reficimur: ſꝑ vnũ e nobis cõtentioſe legentẽ oẽs auſcultamus: & cũ ſilentio comedentes erectis ad cõcionãtẽ nõ oculis: ſed mentibus fere ſꝑ auidius ſumimus aĩorũ ad menſã alimẽta q̃ corporũ: & certe (iudicio meo) pendet hinc magna pars religioſæ vitæ. quid enĩ eſt aliud cõis hæc lectio q̃ vicioꝝ extirpatio ſpũalis ꝓfectus exhortatio: & quædã generalis virtutũ irrigatio? Cõuerte ergo mẽtem ad contẽplãda geſta ſanctoꝝ: & quaſi tuã ꝓteſus ignauiã ꝙ nihil adhuc egeris viro dignũ: mitte manum

tuā ad fortia. & vigorē elationē ac ſub limitatē illorum æmulare. Cum videris ī pueris vt in Vito: in fœmineo ſexu: vt in Catharina: in paganis ipſis qui deū ignorabant: tantarū experimēta virtutū: pudebit te: q vir q chriſtianus es: cui cœlū in hæreditatē ꝑmittitur: vnam ægritudinē ferre nō poſſe. Lege regum libros: inuenies regem Dauid in aduerſis omībus q̄ multa ꝑpeſſus eſt: patientē: piū: mitem: longanimē & a dei timore nunq̄ diſcedentē. & in pſalmo dicit. Ego aūt in flagella paratus ſum: & factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones: quoniā in te dn̄e ſperaui: tu exaudies me dn̄e deus meus: lege Ezeciā regē in lecto iacentē cū lachrymis cōuerſum ad parietē quīdecim vitæ ac ſanitatis annos impetraſſe: In ſecundo Maccabæoꝝ reperies matrem cū ſeptem filiis ꝑ paternis legibus tyranno reſiſtere: & contēplatus animū in fœmina pluſq̄ virilē ne habere iudiceris in virili corpore animū fœmineū: fortius niſi fallor eniteris. De nr̄is hoc ē de xp̄ianis nihil dixerim: Sūt.n. oīa huiuſmodi exēploꝝ plena volumina: Et xp̄ianæ vitę ręgula ē/mala pati & mala nō reddere. ꝑfectiōis nr̄æ ſūma hæc eſt percucienti vnam maxillam prebere & alteram: auferēti tunicam donare & palium:

De aſſidua dei deprecatione. Cap. xxxvii.

SVpereſt vt deo ac dei amicis aſſiduis ſupplicationibus te commēdes: & vt amici Iob ægrotāti cōſulebant ad ſanctorum aliquem cōuertere. Sic futurū eſt vt ſaluis mercibus & naui: velis paſſis: ventiſq; ſecūdis cū magno meritorū ꝓuētu ac fœnore portū ſempi/

ternæ q̃etis introeas. Quã tibi mihiq́ꝫ concedat pr̃ miſericordiarũ & deus totius cõſolationis: qui conſoletur nos in omni tribulatione noſtra. Amen.

Hæc hũi detenui facultate meæ penuriæ q̃ diuturnæ noſtræ amiciciæ& mutuæ charitatis officio dederim Tu ex ingenii tui fertilitate ac copia: ex laboris tui opera ac induſtria conquires plura atqꝫ meliora: q̃ his noſtris adiuncta tibi ad cœleſtẽ patriã ꝑperanti erunt pro vehiculo. Vale.

Imprçſſum Baſileç opera Iohãnis Bergman de Olpe. xvi. kl'. ſeptẽbres. Anno ſalutis. Mcccclxxxxix. principante diuo Maximiliano cui ſalus & victoria. Amen.

Dño ſuo wymmaro de ercklens aquenſi decano. Sebaſtinus ſalutem & gaudium:

Sume Bianorei vatis wymmare libellum.
Quo fieri patiens qui volet: eſſe poteſt.
Baptiſtam hunc relegas quem Mantua docta poetã.
Protulit: & voluit Virgilio eſſe parem.
At nunc Muſarum figmenta: arteſqꝫ relinquens
Hoc plane effinxit. & ſine carmine opus.
Cunqꝫ leges: noſtri memorabere: noſqꝫ vetuſto
Dilige amore velim: perpetuoqꝫ. Vale.

32784
Nebenzahl
Oct. 1960

KÖNYV-TÁRA

56-4
HA499
B222